Gen. 22, 18. ham: ‘Et in semine tuo benedicentur omnes patriae terrae.’ [26] uobis primum deus suscitans puerum suum misit benedicentem uos in eo, cum auertatur unusquisque a nequitiis suis.“

IV. [1] Loquentibus autem eis ad populum uerba haec adsisterunt sacerdotes et Sadducaei [2] dolore percussi, eo quod docerent ipsi populum et adnuntiarent Ihesum in resurrectione mortuorum, [3] et inmiserunt eis manus et posuerunt in adseruationem in crastinum. erat enim uespera iam. [4] multi uero eorum rum. [22] Moyses quidem dixit ad patres nostros: ‘Profetam uobis excitabit dominus deus de fratribus uestris tamquam me, ipsum audietis per omnia quaecumque locutus fuerit ad uos. [23] omnis autem anima quaecumque non audierit profetam illum exterminabitur de populo.’ [24] et omnes profetae a Samuel et per ordinem quodquod locuti sunt adnuntiauerunt istos dies. [25] uos estis fili profetarum et testamenti quod deus disposuit ad patres nostros dicens ad Abraham: ‘Et in semine tuo benedicentur omnes nationes terrae.’ [26] uobis primo deus excitauit filium suum et misit benedicentem uos ad auertendum unumquemque a nequitiis suis.“

IV. [1] Loquentibus autem illis ad populum uerba ista adstiterunt sacerdotes et praetor templi et Sadducei [2] dolentes de eo quod docerent populum et adnuntiarent in Ihesum resurrectionem mortuorum. [3] et iniectis manibus tenuerunt eos et tradiderunt custodiae in crastimum, fuit autem iam uespera.

---

22. suscitabit dg, suscitauit d. 24. omnis d. 25. disposuit (cf. gr.) em., disputauit d | benedicentur omnes em., benedicetur omnis d. 26. suscitans dg, suscitauit d | auertitur dg, abertatur d.

IV. 3. adseruationem (cf. IV, 18) dg, adsertionem d | erat dg, erant d.

---

22. excitauit fl. 23. quecumquae fl. 25. profetorum fl. | deus (cf. gr.) em., dī fl. | uenedicentur fl. 26. uenedicentem fl. IV. 3. custodie fl.

qui audierunt uerbum crediderunt, et factus est numerus uirorum ad quinque milia. 5 contigit autem, in crastinum diem congregati sunt principes et seniores et scribae in Hierusalem 6 et Annas pontifex et Caiafas et Ionathas et Alexander et quodquod erant ex genere pontificali. 7 et cum statuissent eos in medio, interrogabant: „In qua uirtute aut quo nomine fecistis hoc uos?“ 8 tunc Petrus inpletus spirito sancto dixit ad eos: „Principes huius populi et seniores Istrahel, 9 si nos hodie interrogamur a uobis super beneficio hominis infirmi, in quo hic saluus factus est: 10 notum sit omnibus uobis et omni populo Istrael, quia in nomine Christi Ihesu Nazoraei, quem uos crucifixistis, quem deus suscitauit a mortuis, in isto hic adsistit in conspectu uestro sanus. 11 hic est lapis, qui praeiectus est a uobis aedificatoribus, qui factus est in capud anguli, 12 et non est in alio quodam ⟨salus⟩, neque aliud est nomen sub caelo, quod datum est hominibus, in quo oportet saluos fieri nos.“

13 Intuentes uero Petri fiduciam et Iohannis et adsecuti, 4 multi tamen eorum qui audierunt, crediderunt. numerus est autem factus ad quinque milia hominum. 5 postero die collecti sunt magistratus et principes et seniores et scribae 6 et pontifex Annas et Caiphas et Iohannes et Alexander et quodquod fuerant ex genere pontificali. 7 et cum statuissent eos in medium quaerebant: in qua uirtute aut in quo nomine id fecissent. 8 tunc Petrus repletus spiritu ait ad eos: „Principes populi et seniores Istrahel, 9 si nos hodie rogamur a uobis super benefacto hominis inbecillis, in quo iste saluatus est, 10 sit uobis omnibus notum et omni populo Istrahel, quoniam in nomine domini Ihesu Christi Nazareni, quem uos crucifixistis, quem deus excitauit a mortuis, in illo iste in conspectu uestro sanus adstitit, in alio autem nullo. 11 hic est lapis, qui contemtus est a uobis qui aedificatis, qui factus est in caput anguli. 12 non est enim nomen aliud sub caelo datum hominibus, in quo oportet saluari nos.“ Ps. 118, 22. Mt. 21, 42.

13 Cum audirent autem omnes Petri constantiam et Ioannis, persuasi quoniam homines inlitterati

6. pontifex dɛ, pontefex d | caifas d, caiafas dɛ | ionathas dɛ, ioathas d. 7. et dɛ, om. d | statuissent dɛ, statuisset d. 8. spirito d, spiritu dɛ. 9. beneficio hominis infirmi dɛ, benefacio hominem infirmum d. 10. sanus dɛ, sanum d. 12. quodam dɛ, quondam d | salus suppl. e gig., om. d (ut D) | neque em., nequae d | sub dɛ, suc d | saluos dɛ, salbos d.

IV. 4. quinquae fl. 5. posttero fl | scribe fl. 9. rogamur em., rogamus fl. 10. nomi fl. 11. quia aedificatis fl.

quia homines sine litteris sunt, admirabantur (cognoscebant autem eos quia cum Ihesu erant). 14 hominem quoque conspicientes cum ipsis stantem illumque curatum nihil habebant contradicere. 15 cum iussissent autem eos extra concilium abire, conferebant ad inuicem 16 dicentes: „Quid faciamus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per ipsos omnibus qui inhabitant Hierusalem manifestum est, et non possumus negare. 17 sed ut non amplius quid serpiat in populum, comminemur ergo eis iam non loqui in nomine hoc cuiquam hominum.“ 18 consentientibus autem omnibus sententiae uocantes eos praeceperunt illis, ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Ihesu. 19 respondens autem Petrus et Iohannes dixerunt ad eos: „Si iustum est in conspectu dei uestri audire magis quam deum, iudicate. 20 non possumus enim nos quae uidimus et audiuimus non loqui“ 21 ad illi etiam comminati dimiserunt eos nihil inuenientes causam, qua punirent eos, propter populum, quoniam omnes clarificabant deum super quod factum est. 22 annorum autem erat plurium XL his homo, super quem factum erat hoc signum sanitatis.

23 Dimissi autem uenerunt ad suos et renuntiauerunt, quanta ad eos pontifices et seniores dixerunt. 24 ad illi cum audissent et cognouissent dei uirtutem, unanimiter autem uocem leuauerunt ad deum et dixerunt: „Domine, tu es deus, qui fecisti caelum et

sunt et idiotae, admirati sunt. 14 uidentes autem et illum infirmum cum eis stantem curatum nihil potuerunt facere aut contradicere. quidam autem ex ipsis agnoscebant eos, quoniam cum Ihesu conuersabantur. 15 tunc collocuti iusserunt foras extra concilium abduci Petrum et Iohanem et quaerebant ad inuicem 16 dicentes: „Quid faciemus istis hominibus? nam manifestum signum factum ab eis omnibus habitantibus Hierosolymis apparet, et non possumus negare. 17 sed ne plus dentur in populum uerba istorum, comminabimur eis non loqui in nomine isto ulli hominum.“ 18 consentientibus autem ad sententiam denuntiauerunt . . .

15. habire d pr. m. | concilium (cf. V, 21. 34. 35. 41. VI, 12. 15) em. (cf. gr.), consilium d. 18. sententiae (τῇ γνώμῃ) em., notitiā d. 19. uestri (ὑμῶν) peperam coniunctum cum τοῦ θεοῦ. 20. nos d, subest 'uos' non erasum | non d^{e}, om. d. 21. comminati em., comminat d. 22. plurium (cf. gr.) em., plurimum d | hic = is, cf. XI, 22.

15. collocuti scripsi, adsecuti Berg. | abduci (cf. gr.) em., adduci fl. | ad inuicem (cf. gr.) em., ab inuicem fl. 17. comminauimur fl.

terram et mare et omnia quae in eis sunt, 25 qui per spiritum
sanctum per os locutus est Dauid puero tuo: 'Quare fremuerunt Ps. 2, 1. 2.
gentes et populi meditati sunt inania? 26 adsisterunt reges terrae,
et principes congregati sunt in unum aduersus dominum et ad-
uersus Christum eius.' 27 collecti sunt enim re uera in ciuitate hac
super sanctum puerum tuum Ihesum, quem unxisti, Herodes uero
et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Istrahel, 28 facere
quaecumque manus tua et uoluntas tua praedestinauit fieri. 29 et
nunc, domine, aspice super minacias eorum et da seruis tuis cum
fiducia omni loqui uerbum tuum 30 in eo cum manum extendas
ad curationem, et signa et portenta fiant per nomen sancti pueri tui
Ihesu." 31 et cum obsecrassent ipsi, commotus est locus, in quo
erant collecti, et inpleti sunt omnes sancto spirito et loquebantur
uerbum dei cum fiducia omni uolenti credere. 32 multitudinis
autem eorum qui crediderunt erat cor et anima una, et non erat
accusatio in eis ulla, et nemo quicquam ex eo quod possidebat
dicebat suum esse, sed erant eis omnia communia. 33 et uirtute
magna reddebant testimonium apostoli resurrectionis domini Ihesu
Christi. gratia magna erat super eos omnes. 34 nec enim inops quis-
quam erat in eis. quodquod possessores erant praediorum aut do-
muum uendentes et adferebant praetia quae ueniebant 35 et ponebant
ad pedes apostolorum. distribuebantur uero singulis secundum (quod)
cuique opus erat. 36 Ioseph autem, qui cognominatus est Barna-
bas ab apostolis, quod est interpraetatum filius exhortationis,
Cyprius leuita genere, 37 cum esset ei ager, uenundato eo adtulit
hanc pecuniam et posuit iuxta pedes apostolorum. V. 1 quidam
autem uir nomine Ananias cum Sapphira uxore sua 2 uendidit
possessionem et subtraxit de praetio conscia uxore sua, et cum
adtulisset partem quandam iuxta pedes apostolorum posuit. 3 dixit
autem Petrus ad Ananian: „Ut quid adinpleuit satanas cor tuum
mentiri te spiritui sancto et intercipere te praetium praedii?
4 nonne manens tibi manebat et distractum in tua potestate erat?
quid utique posuisti in corde tuo facere dolose rem istam? non
es mentitus hominibus, sed deo." 5 audiens autem Ananias ser-
mones hos subito cum cecidisset obriguit. et factus est timor

---

25. puero tuo = παιδός σου? 27. unxist d ‚abscissa pergamena | uero = δε pro τε | t(ua) d (abscissa pag.). 29. et nunc em., et nunc sunt d. 32. accusatio = διάκρισις| possidebat dicebat (cf. gr.) em., possidebant dicebant d. 33. testimonium em., testim d| resurrectionis em., resurrectionem d. 34. inops em., inosp d | domuum (οἰκιῶν) scripsi, domum (quod ferri potest, cf. VII, 41. VIII, 18 manum = manuum) d. V. 2. possessione d | adtulissent d. 4. distractum (cf. III, 45. VII, 9) em., destractum d. 5. audies d.

magnus super omnes qui audiebant. 6 cum surrexissent autem iuuenes iuuoluerunt eum et cum extulissent sepelierunt. 7 factum est quasi horarum trium spatium, et uxor eius nesciens quod factum erat introiuit. 8 dixit autem ad eam Petrus: „Dic mihi, si tanti praedium uendidistis?“ ad illa dixit: „Etiam tantum.“ 9 Petrus uero ad eam: „Quid utique conuenit uobis temptare spiritum domini? ecce pedes eorum, qui sepelierunt uirum tuum, ad ostium et efferent te.“ 10 et cecidit confestim ad pedes eius et perobriguit. cumque introissent iuuenes, inuenerunt eam mortuam et cum extulissent sepelierunt ad uirum suum. 11 et factus est timor magnus super totam ecclesiam et super omnes qui audierunt haec.

12 Per manus uero apostolorum fiebant signa et portenta multa in populo, et erant pariter uniuersi in templo in porticum Solomonis, 13 nec quisquam ex ceteris curabat adherere eis. sed magnificabat eos populus, 14 magisque adiciebantur credentes domino multitudo uirorumque et mulierum, 15 ita ut in plateis inferrent infirmos eorum et ponerent in lectulis et grabattis, ut uenientis Petri uel umbra inumbraret quemcumque illorum, et liberabantur ab omnem inualetudinem, quam habebat unusquisque eorum. 16 conueniebat uero multitudo finium undique in Hierusalem ferentes infirmos et qui uexabantur ab spiritibus inmundis, qui curabantur uniuersi. 17 cum surrexisset autem pontifex et omnes qui cum ipso, quae est secta Sadducaeorum, inpleti sunt aemulatione 18 et miserunt manus in apostolos et posuerunt eos in adseruatione publica et abierunt unusquisque in domicilia.

19 Per noctem uero angelus domini aperuit ianuas carceris, cumque eduxisset eos dixit: 20 „Ite et stantes loquimini in templo populo omnia uerba uitae eius.“ 21 cum audissent autem, introierunt sub ante lucem in templum et docebant. cumque uenisset pontifex et qui cum ipso, exurgentes ante lucem, et conuocauerunt concilium et omnem senatum filiorum Istrahel et miserunt ad carcerem adduci eos. 22 ministri uero cum uenissent et aperuissent carcerem, non inuenerunt eos intus. 23 reuersi sunt et renuntiauerunt dicentes, quia carcerem inuenimus clusum in omni dili-

Flor. V. 23 . . . . . uerunt dicentes, quoniam „pignarium in-

6. iubenes d. 7. introibit d. 9. teptare d | efferente d. 10. et cecidit d², et ceciditque d¹. 11. iubenes d.

12. in temp in d. 13. populos d. 15. liuerabantur d | inualetudinem (cf. gr.) em., ualetudinem d | quem habebat d. 16. finium. = τῶν περιπολίων. 17. aepulationem d.

20. per nocte d | cumque duxisset d | eius = ταύτης.

gentia et uigiles stantes ad ostium, aperientes intus neminem inuenimus". [24] ut uero audierunt sermones hos praetorque templi et ipsi pontifices, haesitabant de eis, quidnam fieret de hoc. [25] cum uenisset autem quidam adnuntiauit eis, quia „ecce uiri, quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes et docentes populum". [26] tunc cum abisset ipse praetor cum ministris, deducebant eos ⟨non⟩ cum uim. timebant enim populum ne lapidarentur. [27] cumque adduxissent eos statuerunt eos in concilio. et interrogauit eos pontifex dicens: [28] „Denuntiatione praecepimus uobis non docere in nomine hoc. ecce inplestis Hierusalem doctrina uestra et uultis adducere super nos sanguinem hominis huius." [29] Petrus uero respondit ad eos: „Obtemperare deo oportet magis quam hominibus. [30] deus patrum nostrorum suscitauit Ihesum, quem uos interfecistis suspensum in ligno. [31] hunc deus ducem et saluatorem exaltauit claritate sua, dare paenitentiam Istrahel et remissionem peccatorum in ipso. [32] et ipsi nos testes sumus omnium uerborum horum et spiritum sanctum quem dedit deus hiis uenimus clausum in omni firmitate et custodes stantes ante ostia, cum aperuissemus autem neminem inuenimus". [24] et quomodo audierunt uerba ista magistratus templi et pontifices confundebantur de ipsis, quidnam hoc esset. [25] adueniens autem quidam nuntiauit eis dicens, quoniam „ecce uiri, quos misistis in custodiam, in templo sunt stantes et docentes populum". [26] tunc abiit magistratus cum ministris et abduxit eos non per uim, metuens ne forte lapidaretur a populo. [27] ut modo perduxerunt eos in conspectu concilii cepit ad eos praetor dicere: [28] „Non praecepto praecepimus uobis, ne umquam in hoc nomine doceretis? uos autem ecce implestis Hierosolymam doctrina uestra et uultis super nos adducere sanguinem hominis illius." [29] respondens autem Petrus dixit ad illos: „Cui obaudire oportet, deo an hominibus?" ille autem ait: „Deo." et dixit Petrus ad eum: [30] „Deus patrum nostrorum excitauit Ihesum, quem uos interemistis suspendentes ligno. [31] hunc principem deus et saluatorem exaltauit ⟨claritate⟩ sua, dare penitentiam Istrael et remissionem in se. [32] et nos quidem testes sumus omnium uerborum

23. ugiles d. 24. pontefices d. 26. non (cf. gr.) fl. gig., om. d. 29. Petrus — hominibus d^a, obtemperare deo oportet magis quam honibus (hominibus d^b), petrus uero respondit ad eos d (cf. D). 31. claritate (cf. gr.) em., caritate d. 32. spiritum sanctum quem dedit deus, cf. gr. | obtemperant (cf. gr.) em., obtemperat d.

23. aperuiesmus fl. 26. per uimettues fl., | lapiraretur fl. 28. sanguine fl. 30. quos uos fl.

qui obtemperant ei.“ [33] ad illi audientes discruciabantur et cogitabant interficere eos.

[34] Cum surrexisset autem quidam in concilio Pharisaeus nomine Gamaliel legis doctor honorabilis apud omnem populum, iussit apostolos foras pusillum facere [35] dixitque ad principes et concilium: „Uiri Israhelitae, adtendite uobis super istis hominibus, quidnam incipiatis agere. [36] ante hos enim dies surrexit Theudas dicens esse quendam magnum ipsum, cui adsensum est numeri uirorum quasi quadringentorum. qui interfectus est, et omnes quodquod obtemperabant ei facti sunt nihil. [37] post hunc surrexit Iudas Galilaeus in diebus professionis et alienauit populum post se, et ille periit et qui credebant illi dispersi sunt. [38] et quae nunc, fratres, dico uobis: Discedite ab hominibus istis et dismittite eos non coinquinantes manus, quia si erit ab hominibus consilium istud aut opus hoc, destruetur. [39] si autem a deo est, non poteritis destruere eos, nec uos nec imperatores nec reges. discedite ergo ab hominibus istis, istorum et spiritus sancti, quem dedit deus eis qui credunt in eum“. [33] haec cum audirent uerba dirrupiebantur et cogitabant perdere eos.

[34] Exurrexit autem de concilio Fariseus quidam nomine Gamaliel qui erat legis doctor et acceptus totae plebi, et iussit apostolos minimum duci interim foras. [35] et ait ad totum concilium: „Uiri Istraelitae, attendite uobis, quid de istis hominibus agere incipiatis. [36] nam ante hoc tempus surrexit Theudas quidam dicens se esse magnum, cui (con)sensit numerus hominum non minus quadrigentorum, qui iugulatus est, et omnes qui ei consenserant confusi sunt et nihil sunt facti. [37] post hunc deinde surrexit Iudas Galileus in diebus census et conuertit multam plebem post se, et ille perit, quodquod ei crediderant persecutiones habuerunt. [38] nunc autem, fratres, dico uobis: ab istis hominibus recedatis et eos dimittatis et non maculetis manus uestras, quoniam si haec postestas humanae uoluntatis est, dissoluetur uirtus eius. [39] si autem haec potestas ex dei uoluntate est, non poteritis dissoluere illos, neque uos neque principes ac

34. honorabilis (cf. gr.) em., honorabiles d. 36. ipsum (ἑαυτόν) em., ipsorum d | adsensum est (προσεκλήϑη D) | quagringentorum d. 38. coinquinatas d | si (ἐὰν) em., sic d | hopus d.

35. istraelite fl. 36. nam (cf. gr.) em., nomen fl. 37. perit = periit. 38. humanae em., humani (ortum ex humane) fl. 39. itaquae fl.

ne forte deo repugnantes inueniamini.“ 40 consenserunt itaque ei, et cum uocassent apostolos, 41 caesis eis praeceperunt non loqui in nomine Ihesu et dimiserunt eos.

42 Apostoli uero ibant gaudentes a conspectu concilii, quia pro nomine digni habiti sunt contumeliam pati. 43 omni autem die in templo et domi non cessabant docentes et euangelizantes dominum Ihesum Christum.

VI. 1 In diebus autem istis multiplicantibus discipulis facta est murmuratio qui ex Graecis erant aduersus Aebraeos, quia dispiciuntur in ministerio diurno uiduae ipsorum in ministerio Haebreorum 2 conuocantes itaque XII multitudinem discipulorum dixerunt ad eos: „Non enim placet nobis derelicto uerbo dei ministrare mensis. 3 quid ergo est, fratres? prospicite itaque ex uobis uiros testimonio bono VII plenos spiritu et sapientia, quos constituamus in negotio hoc. 4 nos autem sumus oratione et ministerio uerbi perseuerantes.“ 5 et placuit sermo hic in conspectu omni multitudini discipulorum, et elegerunt Stephanum

tyranni. abstinete itaque uos ab istis hominibus, ne forte et aduersus deum inueniamini pugnantes.“ 40 consenserunt itaque illi et uocauerunt apostolos et caesos dimiserunt eos praecipientes, ne umquam loquerentur alicui in nomine Ihesu.

41 Illi autem dimissi abierunt gaudentes e conspectu concilii, quod digni habiti essent ignominias pati in nomine Ihesu. 42 omni autem die in templo et in domibus non cessabant docentes et adnuntiantes dominum Ihesum Christum.

Flor. VI. 1 In diebus autem illis cum abundaret turba discentium, facta est contentio Graecorum aduersus Ebreos, eo quod in cotidiano ministerio uiduae Graecorum a ministris Hebraeorum despicerentur. 2 et conuocauerunt illi XII totam plebem discipulorum et dixerunt eis: „Non est aecum nobis reliquisse uerbum dei et ministrare mensis. 3 quid est ergo, fratres? exquirite ex uobis ipsis homines probatos septem plenos spiritu sancto et sapientia domini, quos constituamus in hunc usum. 4 nos autem orationi uerbi adseuerantes erimus.“ 5 et placuit sermo iste in conspectu omnium discentium,

40. itaquae d | uocassent (cf. gr.) em., uocasset h.
42. habiti (cf. gr.) em., habitati d.
VI. 1. qui (cf. gr.) em., quae d | dispiciuntur (cf. gr.) dc?, discupiuntur d. 4. berbi d | perseuerantes (cf. gr.) em., perseueramus d.

VI. 1. contencio fl.? 2. nobis (cf. gr.) em., uobis d.

uirum plenum fidei et spiritus sancti et Philippum et Prochorum et Nicanorem et Timonem et Permenan et Nicholaum proselytum Antiocensem, 6 quos statuerunt in conspectu apostolorum. cumque orassent superposuerunt eis manus.

7 Et uerbum domini crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem nimis, multaque turba sacerdotum oboediebat fidei.

8 Stephanus uero plenus gratia et uirtute faciebat portenta et signa magna in populo per nomen domini Ihesu Christi. 9 surrexerunt autem quidam, qui erant de synagoga quae dicitur libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum et eorum, qui sunt a Cilicia, altercantes cum Stephano, 10 qui non poterant resistere sapientiae, quae erat in eo, et spirito sancto, in quo loquebatur, quoniam probatur illis ab illo cum omni fiducia. non potentes autem resistere ueritati 11 tunc summiserunt uiros qui dicerent, quia „audiuimus eum loquentem uerba blasphema in Moysen et in deum." 12 commoueruntque populum et seniores et scribas et adgressi adripuerunt eum et adduxerunt in concilium 13 et statuerunt et elegerunt Stefanum hominem plenum fide et sancto spiritu et Filippum et Proculum et Nicanorem et Simonem et Parmenen et Nicolaum proselytum Antiocensem. 6 hos statuerunt ante apostolos, et orantes inposuerunt eis manus.

7 Et uerbum domini adcrescebat, et multiplicabatur numerus discentium, nimis magna autem turba in templo audiebat fidei.

8 Stefanus autem plenus gratia et uirtute faciebat prodigia et signa coram plebem in nomine Ihesu Christi. 9 exsurrexerunt autem quidam ex synagoga quae dicitur libertinorum et alii Cyrenaei et ab Alexandria et Cilicia et Asia contendentes cum Stefano, 10 qui non ualebant contradicere sapientiae, quae erat in eo, et spiritui sancto, quo loquaebatur, et quod reuincebantur ab eo cum omni fiducia. 11 tunc itaque non ualentes resistere aduersus ueritatem summiserunt homines qui dicerent: „Audiuimus eum loquentem uerba blasphemiae in Monsen et deum", 12 et concitauerunt populum et maiores natu et scribas, uenerunt et rapuerunt eum et perduxerunt in concilium. 13 et statuerunt aduersus eum testes falsos qui dicerent: „Non

5. spiritu sancti d. 7. oboediebant d.
9. liuertinorum d. 12. adrripuerunt d. 13. cessabit d.

7. multiplicabantur fl. | audiebant fl.
8. gratiam fl. | signam fl. 10. reuincentur fl.

tuerunt testes falsos aduersum eum dicentes: „Homo hic non cessauit uerba loquens aduersus locum sanctum et legem. 14 audiuimus enim eum dicentem, quia Ihesus Nazoraeus hic destruet locum istum et mutabit mores, quos tradidit nobis Moyses. 15 et intuiti in eum omnes, qui sedebant in concilio, et uiderunt quasi faciem angeli stantis in medio eorum. VII. 1 ait autem pontifex Stephano: „Si haec sic habent?“

deficit homo iste uerba facere aduersus legem et aduersus hunc locum sanctum. 14 audiuimus autem eum dicentem, quod Ihesus Nazarenus dissoluet templum istum et consuetudinem istam mutabit, quam tradidit nobis Moyses.“ 15 et cnm intuerentur eum omnes qui sedebant in concilio uidebant uultum eius tamquam uultum angeli dei stantis inter illos. VII. 1 et interrogauit sacerdos Stefanum, si haec ita se haberent.

2 Ad ille dixit: „Uiri fratres et patres, audite: Deus claritatis uisus est patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotaniam, postea quam moratus esset in Charris, 3 et dixit ad eum: „Exi de terra tua et a cognatione tua et ueni in terra, quamcumque tibi monstrauero.“ 4 tunc Abraham exiuit de terra Chaldeorum et habitauit in Charra et ibi erat post mortem patris sui, et inde transmigrauit eum in terram hanc, in qua uos nunc habitatis et patres nostri qui ante nos. 5 et non dedit ei possessionem hereditatis in ea nec quantum tenet gradus pedis, sed promisit ei dare eam in possessionem et semini eius post ipsum, quando non esset ei filius. 6 locutus est autem sic deus ad eum, quia ‘erit semen eius peregrinum in terra aliena, et in seruitute redigent eos et male tractabunt annis CCCC. 7 et gentem cui seruierint iudicabo ego, dicit dominus, et postea exibunt et deseruient mihi in loco hoc.’ 8 et dedit ei dispositionem circumcisionis et sic genuit Isac et circumcidit eum die octauo, et Isac ipsum Iacob, et Iacob XII patriarchas. 9 et patriarchae aemulati Ioseph distraxerunt in Aegyptum. et erat deus cum illo 10 et eripuit eum ex omnibus conflictationibus eius

2 At ille respondit: „Uiri fratres, et patres, audite: Deus clari . . . . .

Gen. 12, 1.

Gen. 11, 31; 12, 4.

Gen. 12, 7. 13, 15. 15, 18.

Gen. 15, 13

13. cessabit d. 14. mutauit d | mores (τὰ ἔθη) em. (cf. XV, 1), iterum d (iam notauit dε). 15. intuiti, supple ‘sunt’, ut I, 25 | stans d. VII. 1. si (εἰ) haec em., sic haec d. 2. postea quam = πρὶν ἢ. fort. leg. prius quam | moratus esset (κατοικῆσαι) em., mortuus esset d. 4. exibit d | inde transmigrauit (cf. gig.) em., intransmigrauit d. 5. hereditatis d^2, heredetatis d^1 | filium d. 7. iudicauo d | xibunt d. 8. octauo d^2, octabo d^1. 9. hemulati d.

14. mutauit fl. | tradedit fl. 15. intueretur fl. | uultu eius fl.

et dedit ei gratiam et sapientiam coram Farao rege Aegypti, et constituit eum (principem) in Aegyptum et omnem domum suam. 11 uenit autem famis super omnem terram Aegypti et Chanaan et conflictatio magna, et non inueniebant utensilia patres nostri. 12 cum audisset uero Iacob esse frumenta in Aegypto, misit patres nostros primum. 13 et in secundo recognitus est Ioseph a fratribus suis, et manifestum factum est ipsi Pharao genus Ioseph. 14 cum misisset autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum et omnem cognationem eius. in LXX et V animabus 15 descendit Iacob in Aegyptum et defunctus est ipseque et patres nostri. 16 et translati sunt in Sychem et positi sunt in sepulchro, quod mercatus est Abraham praetio argenti a filiis Emmor et Sychem. — 17 Ut uero adpropinquauit tempus promissionis, quam pollicitus est deus ipsi Abraham, auctus est populus et multiplicatus est in Aegypto, 18 donec alius exurrexerit rex, qui non meminisset ipsius Ioseph. 19 cum astutia cepisset tum genus nostrum, male tractauit patres, ut faceret exponi infantes eorum, ut non educarentur. 20 in quo tempore natus est Moyses et erat eligans deo. qui mensibus tribus educatus est in domo patris eius. 21 cum uero expositus esset secus flumen, sustulit eum filia Pharao et uice fili educauit sibi. 22 et eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorum eratque potens in sermonibus et operibus suis. 23 ad ubi inplebatur ei XL annorum tempus, ascendit in cor eius uisitare fratres suos, filios Istrahel, 24 et cum uidisset quendam iniuriari de genere suo, uindicauit et praestitit uindictam ei qui uexabatur percusso Aegyptio et abscondit eum in harena. 25 arbitrabatur autem intellegere fratres suos, quia deus per manum eius dat salutem ipsis. ad illi non intellexerunt. 26 tunc sequenti die uisus est eis litigantibus et uidit eos iniquitantes et reconciliauit eos in pacem dicens: „Quid facitis, uiri fratres? ut quid iniuriam facitis inuicem?“ 27 qui autem iniuriam
Ex. 2, 14. faciebat proximo repulit eum dicens: „Quis te constituit principem et iudicem super nos? 28 numquid interficere me uis, quemadmodum interfecisti hesterna die Aegyptium?“ 29 adque ita profugit Moyses in sermone hoc et fuit incola in terram Madiam, ubi genuit filios duos. — 30 et post haec ei inpletis annis XL uisus est ei

---

10. regae d^1, regis d^2 vel d^a | principem (cf. D) gig., om. d. 14. accersibit d. 15. defuctus d. 16. pretio d^2, praetio d^1. 19. cum astutia cepisset (κατασοφισάμενος) tum em., cum iustitias coepisset cum d. 20. est pr. d, pr. m. mutauit in: esset | eligans = ἀστεῖος. 22. eratque d^2, eratquae d^1. 23. inplebatur (cf. gr.) em., inpletur d. 24. uexauatur d. 28. hesterna (cf. gr.) em., externa d. 30. haec ei em., haec et d^1, haec d^2.

in solitudine in monte Sina angelus domini in flamma ignis rubi.
31 Moyses enim cum uidisset mirabatur uisum, cumque ipse
accederet et consideraret, dominus ait ad eum dicens: 32 „Ego sum Ex. 3. 6.
deus patrum tuorum, deus Abraham et deus Isac et deus Iacob.“
tremibundusque factus Moyses non audebat considerare. 33 et
facta est uox ad eum: „Solue calciamentum pedum tuorum. locus Ex. 3. 5.
enim, in quo stas, terra sancta est. 34 intuitus enim uidi mulcta-
tionem populi, qui est in Aegypto, et gemitus eius audiui et de-
scendi eripere eos. et nunc ueni mittam te in Aegyptum.“ 35 hunc
ipsum Moysen, quem negauerunt dicentes: „Quis te constituit princi-
pem et iudicem super nos?“ hunc deus et principem et redemptorem
misit in manu angeli, qui uisus est ei in rubo. 36 hic eduxit eos, Mos. ass.
3, 11.
cum fecisset portenta et signa in Aegypto et in rubro mari et in
solitudine per annos XL. 37 hic est Moyses, qui dixit filiis Istrahel:
„Prophetam uobis suscitabit deus de fratribus uestris tamquam Deut. 18, 15.
me, ipsum audietis.“ 38 hic est qui fuit in ecclesia in solitudine
cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, et patribus nostris, qui
accepit eloquia uiuentium dare nobis, 39 cui noluerunt oboedientes
esse patres nostri, sed repulerunt et conuersi sunt cordibus in
Aegyptum, 40 dicentes ad Aaron: „Fac nobis deos, qui prae- Ex. 32, 1 sq.
cedant nos. Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Aegypti,
nescimus quid contigerit ei.“ 41 et uitulum fecerunt in diebus illis
et obtulerunt hostiam simulacro et iucundabantur in operibus
manum suarum. 42 conuertit autem deus et tradidit eos de-
seruire exercitui caeli, sicut scri-
ptum est in libro prophetarum:
„Numquid hostias et sacrificia
obtulisti mihi annis XL in soli-
tudine, domus Istrahel? 43 et
adsumpsistis tabernaculum ipsius
Moloch et astrum dei Rempham,
figuras quas fecistis adorare eis,
et transmigrabo uos in illas
partes Babylonis.“ — 44 taber-
naculum testimonii erat penes

Flor. VII. 42 Tunc itaque per-
uertit illos deus et tradidit illos
seruire exercitui caeli, sicut
scriptum est in libro propheta-
rum: ‘Numquid hostias et im- Am. 5, 25 sq.
molationes obtulistis mihi per
annos XL in deserto, domus
Istrael? 43 et recepistis domum
Moloc et sidus dei uestri Rem-
pham et effigies quas fecistis ut
adoretis eas et transferam uos
ultra Babylonem’. — 44 et do-
mus testimonii fuit patribus

31. enim = δὲ (D) | et considerant d, fort. l. et considerare, uel: ut consideraret. 32. audebat (cf. gr.) em., audiebat d. 33. santa d. 34. mulcationem d | ueni = δεῦρο. 37. uouis suscitauit d. 38. uiuentium = ζῶντα. 40. deos (cf. gr.) em., deo d. 43. transmigrauo d.

patres nostros in solitudine, sicut disposuit qui loquebatur Moysi, facere illud iuxta figuram quam uiderat, 45 quod etiam introduxerunt patres nostri cum Iesum in possessionem gentium, quas expulit deus a facie patrum nostrorum usque ad dies Dauit, 46 qui reperit gratiam in conspectu dei et petiit tabernaculum inuenire [sedes] domui Iacob. 47 Solomon autem aedificauit ei domum. 48 sed ipse altissimus non habitauit in manu factis, sic-
Ier. 66, 1. 2. ut profeta dixit: 49 „Caelum est meus thronus, terra uero scamillum pedum meorum. qualem domum aedificabitis mihi? dicit dominus. aut quis locus requies mea est? 50 nonne manus mea fecit haec omnia?“ 51 durae ceruices et incircumcisi cordibus et auribus uos semper spirito sancto obstitistis, sicut patres uestri et uos. 52 quem prophetam non persecuti sunt illi? et occiderunt eos, qui praenuntiauerunt de aduentu iusti, cuius nunc uos proditores et homicidae effecti estis, 53 qui accepistis legem in dispositiones angelorum et non custodistis.“

54 Audientes autem eum dis-

nostris in deserto, sicut praecepit loquens ad Mossem faceret eam secundum effigiem quam uidit, 45 quam et induxerunt recipientes patres nostri cum Ihesum in possessione nationum, ex quibus saluauit deus a conspectu patrum nostrorum usque in diem Dauid, 46 qui inuenit gratiam coram deo et petit habitationem inuenire in deo Iacob. 47 Solomon autem aedificauit illi domum, 48 sed altissimus non habitat in aedificiis manu factis hominum, sicut dicit propheta: 49 ‘Caelus mihi tronus est et terra subpedanum pedum meorum. qualem domum aedificabitis mihi? uel qualis domus quietis meae est?’ 51 duricordes et incircumcisi corde et auribus nostris uos semper sancto spiritui contradixistis, sicut patres uestri. 52 quem non ex profetis illi persecuti sunt? et occiderunt qui nuntiauerunt de aduentum iusti, cuius uos nunc proditores et latrones fuistis, 53 qui accepistis legem in praeceptis angelorum nec obseruastis.“

54 et cum haec illi audissent

45. cum Iesum, μετὰ Ἰησοῦν D | dauit d. 46. reperit (cf. gr.) em., referit d | conspectu d^2, sconspectu d^1 | sedes (aedes?) d, om. D. 48. non habitauit (cf. gr.) em., inhabitauit d. 49. aedificabitis (cf. gr. fl. gig.) em., aedificatis d | requies (cf. gr.) em., requens d. 53. custstodistis (cf. gr. fl. gig.) em., custoditis d.

44. faceret fl. 45. saluabit (ἐξῶσεν) fl. | diem (ἡμερῶν) fl. 46. petit fl. 48. aedificis fl. 49. aedificauitis fl. 50. deest in fl. 51. incircumcisi (cf. gr. et d) em., circumcisi fl. 53. ōseruastis fl.

cruciabantur cordibus suis et stridebant dentibus. 55 cumque esset plenus spiritu sancto, intuitus in caelum uidit gloriam dei et Iesum dominum ad dexteram dei stantem. 56 et dixit: „Ecce uideo caelos apertos et filium hominis ad dexteram dei stantem.“ 57 et cum exclamasset uoce magna, conpresserunt aures eorum et inpetum unanimiter fecerunt in eum 58 et eiectum extra ciuitatem lapidabant eum, adque ipsi testes deposuerunt uestimenta sua ad pedes adulescentis cuiusdam nomine Sauli. 59 et lapidabant Stefanum inuocantem et dicentem: 60 „Domine Ihesu, accipe spiritum meum.“ cumque posuisset genua, exclamauit uoce magna dicens: „Domine, ne statuas illis peccatum hoc!“ et cum hoc dixisset, dormiuit. VIII. 1 Saulus uero erat consentiens interfectioni eius. facta est itaque in illa die persecutio magna et tribulatio super ecclesiam, quae est in Hierosolymis. omnes enim dispersi sunt per regiones Iudaeae et Samariae praeter apostolos, qui manserunt ⟨in⟩ Hierusalem. 2 conportaueruntque Stephanum uiri timorati, qui fecerunt planctum magnum super eum. 3 Saulus autem diuastabat ecclesias per singulasque domos ingrediens trahensque uiros et mulieres tradebat in carcerem.

fremebant intra corda sua et stridebant dentes in eum. 55 ipse autem cum esset in spriritu sancto et intueretur caelum uidit honorem dei et Ihesum dominum ad dexteram dei stantem. 56 et dixit: „Ecce uideo caelos apertos et filium hominis ad dexteram dei stantem.“ 57 tunc populus exclamauit uoce magna et continuerunt aures suas et inruerunt pariter omnes in eum 58 et expulerunt eum extra ciuitate et lapidabant eum. et illi testes posuerunt uestimenta sua ante pedes iuuenis, cuius nomen uocatur Saulus. 59 et lapidabant Stefanum inuocantem et dicentem: „Domine Ihesu, recipe spiritum meum.“ 60 et genibus positis exclamauit uoce magna: „Domine, ne statuas illis hoc peccatum.“ et dum hoc dicit obdormiuit. VIII. 1 Saulus autem erat conprobator neci Stefani. in illis diebus facta est tribulatio et persecutio magna ecclesiae quae est Hirosolymis. omnes autem dispersi sunt circa ciuitates Iudeae et Samariae praeter apostolos, qui remanserant Hierosolymis. 2 comportauerunt autem Stefanum homines pii et fecerunt . . . .

54. dendibus d. 58. adulescentis d^2, adulescentes d^1. 60. exclamauit (cf. gr. fl.) em., et clamauit d | dormibit d. VIII, 1. interfectioni (cf. gr.) em., interfecti d. 2. conportaueruntque d^2, conportaruntquae d^1. 3. ecclesias d, τὴν ἐκκλησίαν D | singulasquae d.

58. lapidabunt fl. 59. lapidabunt fl. VIII. Hierosylymis fl.

4 Ad illi quidem, qui dispersi erant, adnuntiabant euangelizantes
uerbum. 5 Philippus uero cum uenisset in ciuitatem Samariae,
praedicabat eis Christum. 6 intendebant autem omnes turbae his
quae dicebantur a Philippo unanimo in eo quod audierint ipsi et
uidebant signa quae faciebat. 7 a multis enim, qui habebant spi-
ritum inmundum, clamantes uoce magna exiebant. multi enim
paralysin passi clodi curabantur. 8 gaudium magnum factum est
in ciuitate illa.

9 Uir autem quidam nomine Simon iam pridem erat in
ipsa ciuitate magica faciens et mentem auferens gentibus Sa-
mariae dicens esse ⟨se⟩ quendam magnum, 10 cui intendebant
omnes a pusillo usque ad magnum dicentes: „Hic est uirtus dei,
quae uocatur magna.“ 11 intendebant autem ei propterea quod
plurimo tempore magicis rebus mentem abstulisset eis. 12 cum uero
crederent Philippo euangelizanti regnum dei et de nomine Ihesu
Christi baptizabantur uiri ac mulieres, 13 Simon quoque et ipse
credidit et baptizatus est et adherebat Philippo. uidens signa et
uirtutes magnas fieri obstupiscebat. 14 cum uero audissent qui
in Hierusalem erant apostoli, quia excepit Samaria uerbum dei,
miserunt ad eos Petrum et Iohannen. 15 qui cum descendissent,
orauerunt super eos, ut accipiant spiritum sanctum. 16 nondum
enim erat super quemquam eorum inlapsus. tantum autem baptizati
erant in nomine domini Ihesu Christi. 17 tunc inponebant manus
super eos, et accipiebant spiritum sanctum. 18 cum uidisset
Simon, quia per inpositionem manum apostolorum datur spiritus
sanctus, obtulit eis pecunias 19 rogando et dicendo: „Date et mihi
potestatem hanc, ut cuicumque inposuero et ego manus, accipiat
spiritum sanctum.“ 20 Petrus autem dixit ad eum: * „Pecunia
tua tecum sit in interitum, quoniam donum dei existimasti per pecu-
niam possidere. 21 non est tibi portio neque sors in uerbo hoc.
cor enim tuum non est rectum coram deo. 22 paenitentiam ergo
habe a malitia tua hac et obsecra dominum, si forte remittetur
tibi cogitatio cordis tui. 23 in fellem enim amaritudinis et obliga-
tionem iniustitiae uideo te esse“. 24 respondens autem Simon dixit:

---

5. ciuitate d. 6. omnis d | quae pr. em., qui d. 7. enim = δέ.

9. Uir d^2, uiri d^1 | magixa d. 12. euangelizanti (cf. gr.) em., euangelizant d corr., euangelizantem d pr. m. 18. manum = manuum, cf. III, 34. VII, 41 | pecunias d^2, paecunias d^1. 20. ad eum. inde ab his uerbis usque ad X, 4 (at ille intendens ei) deficit d, ex e supplendus, ex parte (IX, 4—24) etiam ex fl. 22. fort e | remittur e. 23. obligatione e | iustitiae e.

„Obsecrate uos pro me ad dominum, ut nihil superueniat in me horum quae dixistis malorum.“

25 Illi igitur testificati et locuti uerbum domini reuersi sunt in Hierosolyma, multa quoque castella Samaritanorum praedicati sunt euangelium. 26 angelus autem domini locutus est ad Philippum dicens: „Surge et ambula contra meridianum ad uiam, quae descendit ab Hierusalem in Gazam, haec est deserta.“ 27 et exsurgens abiit, et ecce uir Aethiops eunuchus, potens Candacis reginae Aethiopum, qui erat super omnes gazas eius, qui uenerat adorare in Hierusalem. 28 erat autem reuertens et sedens super currum suum et legebat profetam Esaiam. 29 dixit autem spiritus Philippo: „Accede et coniunge te ad currum eius.“ 30 adcurrens autem Philippus audiuit eum legentem profetam Esaian et dixit: „Itane intellegis quae legis?“ 31 ad ille dixit: „Quomodo potero, nisi quis instruat me?“ rogauit autem Philippum, ut ascenderet sedere cum ipso. 32 ordo autem scripturae, quam legebat, erat haec: „Sicut Ies. 53, 7. 8.
ouis ad occisionem adductus est, et sicut agnus coram tondentem eum sine uoce, sic non aperuit os suum. 33 in humilitate sua iudicium eius ablatum est. generationem autem eius quis enarrabit? quoniam tolletur a terra uita eius.“ 34 respondens autem eunuchus Philippo dixit: „Obsecro te, de quo profeta dicit hoc? de semet ipso an de aliquo alio?“ 35 aperiens autem Philippus os suum et incipiens a scribtura hac euangelizauit ei Ihesum. 36 cum autem irent secundum uiam, uenierunt ad quandam aquam, et ait eunuchus: „Ecce aqua, quid prohibet nos baptizari?“ 37 dixit autem ei Philippus: „Si credis ex toto corde, saluus eris“ respondens autem dixit: „Credo in Christum filium dei.“ 38 et iussit stare currum, et descenderunt in aquam uterque, Philippus quoque et eunuchus, et baptizauit eum. 39 cum autem ascendissent de aqua, spiritus domini rapuit Philippum, et non uidit eum amplius eunuchus. ibat enim iter suum gaudens. 40 Philippus autem inuentus est in Azotum et pertransiens euangelizabat ciuitates omnes, donec uenit in Caesaream.

IX. 1 Saulus autem adhuc spirans minas et caedes in discipulos domini accedens ad principem sacerdotum 2 petiuit ab eo epistulas in Damasco ad synagogas, ut quoscumque inueniret uiae huius, uiros quoque ac mulieres, uinctos adduceret in Hierusalem.

---

25. catella e. 27. ethopum e | omnes gaza e, omnes diuicias gig. 32. adductus (cf. gr.) em., addus e. 37. saluus eris (cf. Beda ex gr.) em., suscepis e. 38. baptizabit e. 39. aqua (cf. gr.) em., qua e.

3 cum autem iter faceret, contigit eum adpropinquare Damasco, et repente circumfulsit eum lux de caelo. 4 et procedens in terram audiuit uocem dicentem sibi: „Saule, Saule, quid me persequeris? durum tibi est contra stimulum calcitrare.“ 5 dixit autem: „Quis es, domine?“ dominus autem ad eum: „Ego sum Ihesus Nazoraeus, quem tu persequeris.“ 6 sed surge et intra in ciuitatem, et dicetur tibi, quid te oportet facere.“ 7 uiri autem qui comitabantur cum eo, stabant stupidi, audientes quidem uocem, neminem autem uidentes. 8 surrexit autem Paulus de terra, apertis autem oculis suis nihil uidebat, manumque ei dantes eum induxerunt in Damascum. 9 et dies tres non uidens non manducauit neque bibit.

10 Erat autem quidam discipulus in Damasco nomine Ananias. et dixit ad eum in uisu dominus: „Anania.“ et ille dixit: „Ecce ego, domine.“ 11 dominus autem ad eum: „Surgens uade in uicum, qui uocatur rectus, et quaere in domum Iudae Saulum nomine Tarsenscm. ecce enim

Flor. IX. 4 . . . . nere et audiuit uocem dicentem sibi: „Saule, Saule, quid me persequeris?“ 5 qui respondit dicens: „Quis es, domine?“ et dixit dominus: „Ego sum Ihesus Nazarenus, quem tu persequeris. uanum autem est tibi contra stimulum calcitrare.“ 6 qui tremens timore plenus in isto sibi facto dixit: „Domine, quid me uis facere?“ et dominus ad eum: „Exsurge et introi in ciuitatem, et ibi tibi dicetur, quid te oportet facere.“ 7 homines autem illi, qui ei comitabantur, stabant stupefacti et audiebant quidem uocem, sed neminem uidebant cum loqueretur. sed ait ad eos: „Leuate me de terra.“ 8 et cum leuassent illum nihil uidebat apertis oculis, et tenentes manus eius deduxerunt Damascum. 9 et sic mansit per triduum non uidens et neque cibum neque potum accepit.

10 Erat autem quidam discens Damasci nomine Annanias, et ei in uisione dominus ait: „Annania.“ 11 qui respondit: „Quis es, domine?“ et dominus ad eum: „Surge et uade in uicum, qui rectus uocatur, et quaere in domum Iudae nomine Saulum natione Tarseum. ecce enim ad-

IX. 4. procedens = procidens. 8. eum em., sum e. 9. bibit (cf. gr.) em., bidit e.

8. lebassent fl.

adorat. [12 et uidit in uisum uirum Ananiam nomine introeuntem et inponentem sibi manus, ut uideat.]“ 13 respondit autem Ananias et dixit: „Domine, audiui de multis de uiro hoc, quanta mala sanctis tuis fecit in Hierusalem, 14 et hic habet potestatem a principibus sacerdotum legare omnes, qui inuocant nomen tuum.“ 15 dixit autem ad eum dominus: „Uade, quoniam uas electionis mihi est hic, ut portet nomen meum coram gentibus quoque et regibus, filiis quoque Israhel. 16 ego enim ostendam ei, quanta oportet illum propter nomen meum pati.“ 17 abiit autem Ananias et intrauit in domum et inponens super eum manus dixit: „Saule frater, dominus misit me Ihesus, qui apparuit tibi in uia, qua ueniebas, ut uideas et inplearis spiritu sancto. 18 et comfestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squamae, uidit quoque statim et surgens baptizatus est. 19 et accipiens cibum confortatus est.

Fuit autem cum qui erant in Damasco discipulis diebus aliquod 20 et continuo in synagogis praedicauit eis Ihesum, quia hic est filius dei. 21 stupe-

orat ipse.“ 13 respondit autem Annanias: „Domine, audiui ego de isto homine a multis, quantas persecutiones fecerit sanctis tuis Hierosolymam. 14 et hicce accepit a sacerdotibus potestatem in nos, ut alliget uniuersos, qui inuocant nomen tuum.“ 15 cui dixit dominus: „Uade, quia uas electionis est mihi homo iste, ut ferat nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Istrahel. 16 ego enim demonstrabo ei, quanta oporteat eum pati causa nominis mei.“ 17 et surrexit Annanias et abiit ad domum. et inposuit ei manum in nomine Ihesu Christi dicens: „Saule frater, dominus me misit Ihesus, qui tibi uisus est in uia, per quam uenisti, ut uideas et replearis spiritu sancto.“ 18 et estatim ceciderunt de oculis eius tamquam squamae. et continuo uidit et surrexit et untus est 19 et accepit cibum et confortatus est.

Dies autem plurimos et in ciuitate Damasco cum discentibus transegit 20 et introiuit in sinagogas Iudaeorum et praedicauit cum omni fiducia dominum

14. principis e | ‘qui inuocant nomen tuum’ punctis notatum est, sequentibus isdem fere, uisi quod ‘uocant’ pro ‘inuocant’ repetitum est. 15. nom meum e. 17. ueniebat a.

12. deest in fl. 13. Hierosolymam. interpres legit ἐποίησεν (ἐν om.) Ἱερουσαλήμ? 14. hicce (cf. gr. e gig.) em., ecce fl. 17. tiui fl. | spiritus sancto fl. 19. transsegit fl.

20. introibit fl.

bant autem omnes qui audiebant et dicebant: „Non hic est qui expugnabat in Hierusalem eos qui inuocabant nomen hoc? et hic ideo uenerat, ut uinctos eos perduceret ad principes sacerdotum.“ 22 Saulus autem magis inualescebat in uerbo et confundebat Iudaeos, qui habitabant in Damasco, instruens et dicens, quoniam hic est Christus. 23 cum autem replerentur dies multi, consilium fecerunt Iudaei interficere eum. 24 innotuerunt autem Saulo insidiae eorum. obseruabant autem et portas die quoque et nocte, ut eum occiderent. 25 acceptum autem eum discipuli nocte per murum dimiserunt laxantes in sporta.

Ihesum, quia hic est Christus filius dei. 21 stupebant autem omnes qui audiebant et intra se dicebant ita: „Non hic est qui persequitur omnes Hierosolymis, qui inuocant nomen istut? et nunc quoque propterea uenit, ut uinctos eos adducat sacerdotibus.“ 22 Saulus autem magis conroborabatur in uerbo et perturbabat Iudeos, qui morabantur Damasci, inducens quia hic est Christus, in quem bene sensit deus. 23 et cum iam multi dies implerentur, consilium ceperunt Iudaei, uti eum interficerent. 24 notae autem Paulo factae sunt cogitationes eorum, quod . . . .

26 Cum uenisset autem Paulus in Hierosolymis, temptabat adhaerere discipulis, et omnes timebant eum non credentes quod est discipulus. 27 Barnabas autem adsumens eum adduxit ad apostolos et enarrauit eis, quomodo in uia uidisset dominum, et quoniam locutus est ei, et quomodo in Damasco fiducialiter egit in nomine Ihesu. 28 et erat cum eis intrans et exiens in Hierusalem et constanter agens in nomine domini. 29 loquebatur quoque et conferebat ad Graecos. illi autem querebant occidere eum. 30 cum cognouissent autem fratres, deduxerunt eum in Caesaream per noctem et dimiserunt in Tarsum.

31 Ecclesiae quidem uniuersae per omnem Iudaeam et Galilaeam et Samariam habebant pacem, cum aedificabantur et ingrediebantur in timore domini et obsecratione sancti ⟨spiritus⟩ multiplicabantur. 32 factum est autem Petrum transeuntem per omnes descendere et ⟨ad⟩ sanctos qui habitabant Lyddae. 33 inuenit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam ab annis octo iacentem super crabattum, qui erat paralyticus. 34 et dixit ei Petrus:

27. dominum (cf. gr.) em., donum e. 33. paralytixους e.

21. finctos fl. 22. perturbabat (cf. e gig.) em., perturbat fl. 24. Paulo scripsi, paulae (saulae?) fl.

„Aenea, sanat te Ihesus Christus, surge et sterne tibi.“ et confestim surrexit. 35 et uiderunt eum omnes qui habitabant Lyddae et Saronam, qui conuersi sunt ad dominum.

36 In Ioppe autem quaedam erat discipula nomine Tabithas, quae interpraetata dicitur Dorcas. haec erat plena operibus bonis et eleemosynis, quas faciebat. 37 factum est autem in diebus illis infirmatam eam mori. cum lauissent autem eam posuerunt in cenaculo. 38 cum autem prope esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus est in ea miserunt duos uiros ad eum rogantes, ne pigeret peruenire usque ad nos. 39 surgens autem Petrus conuenit eis, quem aduenientem ascenderunt in superioribus. et circumsteterunt ei uniuersae uiduae flentes et ostendentes tunicas et uestimenta, quanta faciebat cum esset cum eis Dorcas. 40 eiciens autem foris omnes Petrus et ponens genua orauit et reuersus ad corpus ait: „Tabitha, surge.“ ad illa continuo aperuit oculos suos et uidens Petrum consedit. 41 dans autem ei manum erexit eam. uocans autem sanctos et uiduas adsignauit eam uiuentem. 42 notum autem factum est per totam Ioppem, et crediderunt multi in dominum. 43 factum est autem eum dies multos manere in Ioppe apud quemdam Simonem coriarium.

X. 1 Uir autem quidam in Caesarea nomine Cornelius, centurio de cohorte quae dicitur Italica, 2 pius et timens deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi et obsecrans deum semper, 3 uidit uisum manifeste quasi hora nona diei angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi: „Corneli.“ 4 at ille intendens ei et * trepidus factus dixit: „Quid est, domine?“ dixit autem ei: „Orationes tuae et aelemosynae ascenderunt in recordatione coram deo. 5 et nunc mitte uiros in Ioppen et accersi Simonem, qui cognominatur Petrus. 6 hic est hospitans aput Simonem pellionem, cuius est domus iuxta mare.“ 7 ut autem discessit angelus, qui loquebatur ei, uocatis duobus famulorum eius et milite fideli ex his qui praesto erant, 8 enarrauit illis uisum et misit in Ioppen. 9 postera autem die iter illis facientibus et appropiantibus ciuitati ascendit Petrus in cenaculum et orauit circa hora sexta. 10 factus est autem esuriens et uolebat gustare. praeparantibus

---

35. habitabantur e. 37. eam mori (cf. gr.) em., eum mor e. 40. contunuo e. 43. quemdam (cf. gr.) em., quem e.

X. 3. uisum (ἐν ὁράματι) e. fort. leg. uisu. 4. et trepidus factus est. inde ab his uerbis usque ad XX, 31 (nocte ac die) seruatus est d | orationis d. 6. ospitans d. 7. discessit (cf. gr.) em., dissit d | militem fidelem d. 9. horabit d. 10. bole bat d.

uero ipsis cecidit super eum mentis stupor, [11] et uidit caelum apertum, et quattuor principiis ligatum uas quoddam ut linteum splendidum, quod differebatur de caelo in terram. [12] et erant omnia quadripedia et serpentia et uolatilia caeli. [13] et facta est uox ad eum: „Petre, surge, immola et manduca.“ [14] ad ille dixit: „Non, domine, quoniam numquam manducaui omne commune et inmundum“. [15] et uox rursum iterato ad eum: „Quae deus mundauit, tu noli communicare.“ [16] hoc enim per ter, et adsumptum est iterum uas in caelum.

[17] Et dum intra se factus est, haesitabat Petrus, quae esset uisio, quam uiderat. et ecce uiri qui missi erant a Cornelio inquirentes domum Simonis adsisterunt ad ianuam. [18] et cum clamassent interrogabant: „Si Simon, qui cognominatur Petrus, hic hospitatur?“ [19] Petro autem cogitante de uisione dixit ei spiritus: „Ecce uiri quaerunt te, [20] sed surge et descende et uade cum eis, nihil dubitans, quia ego misi eos.“ [21] tunc descendens Petrus ad ipsos uiros dixit: „Ecce ego sum, quem queritis. quid uultis? quae causa, propter quam uenistis?“ [22] ad illi dixerunt ad eum: „Cornelius centurio, uir iustus et timens deum, testimonio quoque a tota gente Iudaeorum, responsum accepit ab angelo sancto, accersire te in domum suam et audire uerba abs te.“ [23] tunc ergo ingressus Petrus hospitio excepit eos et postera die cum surrexisset exiuit cum eis, et quidam fratrum, qui ab Ioppen simul uenerunt cum eo.

[24] Postero quoque die ingressus est Caesaream. Cornelius uero erat expectans eos et conuocatis cognatis suis et necessariis amicis sustinuit. [25] cum adpropiaret autem Petrus in Caesaraeam, praecurrens unus ex seruis nuntiauit uenisse eum. Cornelius autem exiliens et obuiam factus est ei, procidens ad pedes eius adorauit eum. [26] uero Petrus leuauit eum dicens: „Quid facis? et ego homo sum, quemadmodum et tu.“ [27] et introiuit et inuenit conuenisse multos [28] aitque ad eos: „Uos melius scitis, ut nefas sit uiro Iudaeo adherere aut accedere ad allophylum. et mihi deus ostendit, neminem communem aut inmundum dicere hominem. [29] propter quod et sine cunctatione ueni transmissus a uobis. interrogo ergo: qua ratione accersisti me?“ [30] et Cornelius ait: „A nustertiana die usque

---

11. et quattuor (cf. gr.) em., ex quattuor d | quodam d | ut linteum (cf. gr.) em., et linteum d | quod differebatur (= deferebatur) d. 14. illi d. 16. enim = δὲ | iterum (cf. gr.) em., ipsum d.

18. ospitatur d. 20. dubitans (cf. gr.) em., dubitant d. 21. queritis d. 23. exibit d. 26. leuabit d. 27. introibit d. 30. nustertiana. cf. H. Roensch,

in hunc diem eram iaiunans et nona orabam in domo mea, et ecce uir stetit in conspecto meo in ueste splendida [31] et ait: „Corneli, exaudita est oratio tua et aelemosynae tuae in mente habitae sunt in conspectu dei. [32] mitte ergo in Ioppen et accersi Simonem, qui cognominatur Petrus. hic hospitatur in domum Simonis pellionis iuxta mare. qui cum uenerit loquatur tibi.“ [33] e uestigio ergo misi ad te rogando uenire te ad nos. tu autem bene fecisti in breui aduenire. nunc ergo nos omnes in conspectu tuo audire uolumus a te quae praecepta sunt tibi a deo.“

[34] Aperiens autem os Petrus dixit: „In ueritate experior, quia non est personarum acceptor deus, [35] sed in omni gente qui timet eum et operatur iustitiam acceptus est ei. [36] uerbum suum misit filiis Istrahel euangelizare pacem per Ihesum Christum, hic est omnium dominus. [37] uos scitis, quid factum est per totam Iudaeam. cum coepisset enim a Galilaea post baptismum quod praedicauit Iohannes, [38] Ihesum a Nazareth quem unxit deus sancto spiritu et uirtute. hic pergressus est benefaciens et sanans omnes, qui obtenebantur a diabolo, quia deus erat cum illo, [39] et nos testes eius, quae fecit in regione Iudaeorum et Hierusalem, quem etiam interfecerunt suspensum in ligno. [40] hunc deus suscitauit post tertium diem et dedit ei manifestum fieri [41] non omni populo, sed testibus praedestinatis a deo nobis, qui simul manducauimus et simul bibimus cum eo et conuersi sumus, postquam surrexit a mortuis, dies XL. [42] et praecepit nobis praedicare populo et protestari, quia ipse est qui praestitus est a deo iudex uiuorum et mortuorum. [43] huic omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnem qui credit in eum.“

[44] Adhuc loquente Petro uerba haec cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant uerbum. [45] et obstupefacti sunt qui erant ex circumcisione fideles, qui simul uenerunt cum Petro, quia et super gentes donum spiritus sancti effusum est [46] audiebant enim eos loquentes praeuariegatis linguis et magnificantes deum. dixit autem Petrus: [47] „Numquid aliquis aquam prohibere potest, ut baptizentur isti, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut et nos?“ [48] tunc praecepit eos baptizari in nomine domini Ihesu Christi. tunc rogauerunt eum ad eos demorari dies aliquos

---

It. u. Vulg. p. 128 | iaiunans, cf. H. Roensch l. l. p. 463 | orauam d.

34. experior (cf. gr.) em., expedior d. 36. euangelizare (εὐαγγελιζόμενοι). fort. leg. euangelizans | baptismum (βάπτισμα) quod. 43. peribent d. 44. berba d. 45. circumcisio d. 46. praeuariegatis em., praeuaricatis d.

XI. [1] Audito uero apostoli et fratres, qui erant in Iudaeam, quia et gentes acceperunt uerbum dei, [2] quidem ergo Petrus per multo tempore uoluit proficisci in Hierosolyma et conuocauit fratres et confirmauit eos multum uerbum faciens per ciuitates docens eos. qui et obuiauit eis, et enuntiauit eis gratiam dei, quia erant de circumcisione fratres iudicantes [3] ad eum dicentes, „quia introisti ad uiros praeputia habentes et simul manducasti cum eis.“ [4] incipiens autem Petrus exponebat eis per ordinem dicens: [5] „Ego eram in Ioppen ciuitate orans et uidi in mentis stupore uisum, descendere uas quoddam, uelut linteum magnum, quattuor principiis dimittebatur de caelo et uenit usque ad me. [6] in quod intuitus considerabam et uidi quadripedes terrae et bestias et repentia et uolatilia caeli. [7] et audiui uocem dicentem mihi: „Surgens, Petre, immola et manduca.“ [8] dixi autem: „Absit, domine, quia commune et inmundum numquam introiuit in os meum.“ [9] respondit uero uox de caelo ad me: „Quae deus mundauit, tu noli communicare.“ [10] hoc autem factum est per ter, et sublata sunt iterum omnia in caelo, [11] et ecce statim tres uiri superuenerunt ad domum, in qua eram, missi a Caesarea ad me. [12] et dixit spiritus mihi, simul uenire cum eis. ueneruntque mecum etiam sex fratres isti, et introiuimus in domum ipsius uiri. [13] adnuntiauit autem nobis, quomodo uidit angelum in domo sua stetisse et dixisse ei: „Mitte in Ioppen et accersi Simonem, qui cognominatur Petrus, [14] qui loquebitur uerba ad te, in quibus saluus fias et omnis domus tua.“ [15] et dum coepissem loqui eis, cecidit spiritus sanctus super eos, sicut super nos in principium. [16] recordatus
Act. 1, 5. sum uerbum domini, sicut dicebat: „Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spirito sancto.“ [17] si autem aequalem donum dedit eis, sicut nobis credentibus in dominum Ihesum Christum, ego quis eram, qui possim prohibere deum, ut non daret eis spiritum sanctum credentibus in eum?“ [18] cum autem audissent haec, siluerunt et clarificauerunt deum dicentes: „Forsitam et gentibus deus paenitentiam in uitam dedit.“

[19] Illi quidem dispersi a conflictatione, quae facta est sub Stephano, transierunt usque Phoenicen et Cyprum et Antiochiam, nemini uerbum loquentes nisi solis Iudaeis. [20] erant autem quidam

---

XI. 2. qui et (ὃς καὶ) em., quia et d | quia erant (οἱ δὲ) fort. l. qui autem erant. 5. quodam d | principiis (ἀρχαῖς) em. (cf. X, 11), principibus d. 6. considerabam (cf. gr.) em., considerabat d | uestias d. 8. dixi (cf. gr.) em., dixit d | introibit d. 11. 'tim tres uiri' in d rescripsit sec. man. | eram (cf. gr.) em., erant d. 12. introibimus d. 14. loquebatur d. 15. coepissem (cf. gr.) em., coepisset d. 16. baptizamini d, cf. I, 5.

ex ipsis uiri Cyprii et Cyrinenses, qui cum uenissent Antiochiam loquebantur cum Craecos euangelizantes dominum Ihesum Christum. 21 et erat manus domini cum eis. multisque numeris cum credidissent, reuersi sunt ad dominum. 22 auditus est uero hic sermo in auribus ecclesiae, quae erat in Hierusalem de eis, et miserunt Barnaban ut iret usque Antiochiam. 23 qui cum uenisset et uidisset gratiam dei, gauisus est et adhortabatur omnes, ipso proposito cordis permanere ad dominum, 24 quia erat uir bonus et plenus spirito sancto et fidei. et adposita est turba copiosa ad dominum. 25 audiens autem, quod Saulus est Tharso, exiit requirere eum. 26 et cum inuenisset deprecabatur uenire Antiochiam. contigit uero eis annum totum commiscere ecclesiam. et tunc primum nuncupati sunt in Antiochia discipulos Christianos.

27 In istis autem diebus aduenerunt ab Hierosolymis prophetae in Antiochiam. erat autem magna exultatio. reuertentibus autem nobis 28 ait unus ex ipsis nomine Agabus significans per spiritum, famem magnam futuram esse in toto orbe terrae, quae fuit sub Claudio. 29 discipuli autem sicut prout copiam, singuli autem ipsorum ⟨proposuerunt⟩ in ministerium mittere hiis qui inhabitant in Iudaea fratribus, 30 quod etiam fecerunt cum misissent ad presbyteros per manum Barnabae et Sauli.

XII. 1 Per illum uero temporis inmisit manus suas Herodes rex male tractare quosdam, qui erant ab ecclesia in Iudaea. 2 et interfecit Iacobum fratrem Iohannis gladio. 3 et cum uidisset, quod placeret hoc Iudaeis, conpraehensio eius super credentes, adiecit adpraehendere et Petrum. erant autem dies asymorum. 4 hunc adprehensum posuit in carcerem traditum quattuor quaternionibus militum custodire eum, uolens post pascha producere eum populo. 5 uero Petrus custodiebatur in carcere. multa uero oratio erat instantissime pro eo ab ecclesia ad dominum super ipso. 6 ad uero cum incipiebat producere eum Herodes, nocte illa erat Petrus dormiens inter duos milites, ligatus catenis duabus. uigiles autem ante ostium adseruabant carcerem. 7 et ecce angelus domini adsistit Petro, et lux refulgens in illo loco. pungens autem latus Petri suscitauit eum dicens: „Surge celerius“, et ciderunt eius

---

20. euangelizantes (cf. gr.) em., euangelizare d. 22. barnabant d. 23. adortabantur d | ad dominum (cf. gr.) em., a dominum d. 24. uonus d. 26. inuenissent deprecabantur d | antiochiā d.

27. erat d^2, erant d^1. 28. significans (cf. gr.) em., significabat d. 29. prout copiam = εὐπορούντο. corrupte? leg. promta copia? | ⟨proposuerunt⟩ suppleui e gig., om. d.

XII. 6. producere d^2 uel d^3, prodocere d^1. 7. cilerius d.

catenae de manibus. [8] dixit autem angelus ad eum: „Praecinge te et calcia te calciamenta tua.“ fecit autem sic et dicit ei: „Operi te uestimentum tuum et sequere me.“ [9] et cum exisset, sequebatur et non sciebat, quia uerum est quod fiebat per angelum. putabat enim uisum uidere. [10] cum praeterissent primam et secundam custodiam, uenerunt ad portam ferream, quae ducit in ciuitatem, quae sua sponte aperta est eis. et cum exissent descenderunt septem grados et processerunt gradum unum. et continuo discessit angelus ab eo, [11] et Petrus in se conuersus dixit: „Nunc scio, quia uere misit dominus angelum suum et eripuit me de manibus Herodis et omni exspectatione populi Iudaeorum.“ [12] et cum considerasset uenit ad domum Mariae matris Iohannis, qui cognominatur Marcus, ubi erant copiosi coaceruati et orantes. [13] cumque ipse pulsasset ianuam foris, accessit puella nomine Rhode respondere, [14] et cum cognouisset uocem Petri, a gaudio non aperuit ianuam et adcurrens autem adnuntiauit, stare Petrum ante ianuam. [15] ad illi ad eam dixerunt: „Insanis.“ ad illa uero perseuerabat ita esse. qui autem dixerunt ad eam: „Forsitam angelus eius est.“ [16] ipse uero perseuerabat pulsans. et cum aperuissent, uiderunt eum et obstupuerunt. [17] cumque significasset eis de manu, ut silerent, introiens enarrabat eis, quemadmodum dominus eum liberauit de carcere. dixit autem: „Renuntiate Iacobo et fratribus haec.“ et egressus abiit in alium (locum). [18] facto autem die erat turbatio in militibus, quid Petrus factus esset. [19] Herodes uero cum requisisset eum et non inuenisset interrogatione habita uigiles iussit obduci. et cum descendisset a Iudaea, in Caesaream demorabatur. [20] erat enim animus inpugnans Tyrios et Sidonios. unanimiter autem ab inuice ciuitates uenerunt ad regem et cum suasissent Blasto, qui a cubiculo erat, postulabant pacem propter ne alienarentur regiones eorum de regno. [21] constituto autem die Herodes indutus habito regio et sedens pro tribunali contionabatur ad eos, cum ingratiasset cum Tyrios. [22] populus uero adclamabant: „Dei uoces et non hominis.“ [23] et confestim eum percussit angelus domini pro eo, quod non dedit claritatem deo. et cum descendisset de tribunali, sed et a uermibus comestus adhuc uiuens, et sic expirauit.

[24] Uerbum autem dei augebatur et multiplicabatur. [25] Bar-

11. expectationi d. 16. aperuisset d | eum em., eunt d. 17. enarrabat (cf. gr.), aterrabit d | liuerauit d | (locum) suppleui e gig. 19. irequisisset d | inuenisse d. 20. ne alienarentur = τὸ στρέφεσθαι (pro τρέφεσθαι). 21. contionabatur (cf. gr. e et gig.) em., contentionabalur d | sedens (cf. gr.) em., sedi d. 23. tribunal d | bermibus d.

nabas uero et Saulus reuersi sunt ab Hierusalem inpleto ministerio adsumpto Iohanne, qui cognominatur Marcus.

XIII. [1] Erant autem in Antiochia aput quae erat ecclesiam prophetae et doctores, in quo Barnabas et Symeon, qui uocatur Niger, et Lucius Cyrenensis Manaenque Herodis et tetrarchi conlactaneus et Saulus. [2] deseruientibus autem eis domino et ieiunantibus dixit spiritus sanctus: „Secernite mihi Barnaban et Saulum, ad opus uocaui eos.“ [3] tunc cum iaiunassent et orassent omnes et inposuissent manus eis, [4] ipsi uero dismissi ab spirito sancto descenderunt Seleuciam. inde uero nauigauerunt in Cyprum. [5] et cum fuissent Salamina, adnuntiabant uerbum dei in synagogis Iudaeorum, habebant uero et Iohannen ministrantem eis. [6] cum pergressi fuissent totam insulam usque ad Paphum, inuenerunt uirum quendam magum, pseudoprophetam Iudaeum, nomine qui uocatur Bariesuam, [7] qui erat cum proconsule Sergio Paulo, uiro prudenti. hic cum uocasset Barnaban et Saulum, et quaesire uoluit audire uerbum dei. [8] resistebat autem eis Etoemas magus. (sic enim interpraetabatur nomen eius) quaerens uertere proconsolem a fidem, quoniam libenter audiebat eos. [9] Saulus uero qui et Paulus inpletus spirito sancto [10] et intuitus in eum dixit: „O plene omnis dolus et falsi, fili diaboli, inimice omnis iustitiae, non cessas euertere uias domini quas sunt rectas. [11] et nunc ecce manus domini super te, et eris caecus non uidens solem usque ad tempus“ et confestim cecidit super eum caligo et tenebrae, et circumiens quaerebat ad manum deductores. [12] tunc cum uidisset proconsul quod factum est, miratus est et credidit in deo stupens super doctrina domini.

[13] Superuenientes a Papho qui erant circa Paulo uenerunt in Pergen Pamphyliae. Iohannes uero cum discedisset ab eis, reuersus est Hierosolymis. [14] isti autem cum transissent a Pergen, uenerunt Antiochiam Pisidiae et cum introissent in synagogam die sabbatorum, sederunt. [15] post lectionem uero legis et prophetarum miserunt archisynagogi ad eos dicentes: „Uiri fratres, si quis est sermo et intellectus in uobis exhortationis ad populum, dicite.“ [16] cum surrexisset Paulus et silentium manu postulasset, dixit: „Uiri Israhelitae et timentes deum, audite. [17] deus populi huius Istrahel elegit patres nostros propter populum exaltatum

---

25. adsupto iohannen d.

XIII. 1. quae erat (cf. gr.) em., quem erat d | in quo = ἐν οἷς. 2. uocaui eos d, om. praecedens ὁ (D). 6. usquae d. 8. resistabat d | liuenter d. 10. plenae d | dolus genit. | et falsi d, et omnis falsi d^b | diabole inimicae d. 11. caecidit d.

in peregrinatione in terra Aegypti et cum brachio alto eduxit eos
ex ipsa. 18 et annis XL ac si nutrix aluit eos in solitudine
19 et sublatisque gentibus septem in terra Chanaam possidere
eos fecit terram allophoelorum 20 et quasi annis CCCC et L dedit
iudices usque ad Samuel prophetam. 21 et exinde petierunt regem,
et dedit eis deus Saul filium Cis, uirum ex tribu Beniamin, annis
XL. 22 et remoto eo excitauit Dauit eis in regem, cui etiam
Ps. 89, 21. dixit testimonio: „Inueni Dauid filium Iessae, uirum secundum
cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas.“ 23 deus autem a
semine huius secundum pollicitationem resurrexit ipsi Istrahel
saluatorem Ihesum, 24 cum prius praedicasset Iohannes ante faciem
ingressionis eius baptisma paenitentiae omni populo Istrahel.
Luc. 3, 15 sq. 25 et dum inpleret cursum Iohannes, dicebat: „Quem suspicamini
me esse? non sum ego, sed ecce uenit post me, cuius non sum dignus
calciamentum pedum soluere.“ 26 uiri fratres, fili generis Abraham,
et qui in nobis timentes deum, nobis uerbum salutis huius missum
est. 27 qui enim habitabant in Hierusalem et principes eius non
intellegentes scripturas prophetarum, quae per omnem sabbatum
leguntur. et cum iudicassent inplerunt, 28 et nulla causa mortis
inuenta est in eo. iudicantes autem eum tradiderunt Pilato, ut
interficeretur, 29 et consummauerunt omnia quae de illo scripta
sunt. petierunt Pilatum hunc crucifigi et inpetrauerunt iterum et
deposuerunt de ligno et posuerunt in monumento, 30 quem deus
uero excitauit. 31 hic qui uisus est his qui simul ascenderunt cum
eo a Galilaea in Hierusalem in diebus pluribus, qui usque nunc sunt
testes eius ad populum. 32 et nos uos euangelizamus eam quae
⟨ad⟩ patres nostros factam pollicitationem, quia hanc deus adim-
pleuit filiis nostris, suscitauit dominum Ihesum Christum. 33 sicut
Ps. 2, 7. 8. enim in primo psalmo scriptum est: „Filius meus es tu, ego hodie
genui te. postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam
et possessionem tuam terminos terrae.“ 34 quando suscitauit
Ies. 55, 3. eum a mortuis iam non rediturum in interitum, ita dicit: „Quia
Ps 16, 10. dabo uobis sancta Dauid fidelia.“ 35 ideoque et alias dicit: „Non
dabis sanctum tuum uidere corruptionem.“ 36 Dauid enim sua
progenie cum ministrasset dei uoluntate dormiuit et adpositus
est ad patres suos et uidit corruptionem. 37 quem autem deus
suscitauit non uidit corruptionem. 38 notum ergo sit uobis, uiri

19. septe d. 23. salbatorem d. 27. habitabat d. 28. nullam causam d. 31. usquae d. 32. ad (cf. gr.) suppl. e gig., om. d. 34. a portuis. 36. alias (cf. gig.) em., alia d | dei (cf. gr.) em., deo d. 37. coruptio d (abscissa pagina).

fratres, quia per hunc nobis remissio peccatorum adnuntiatur
39 et paenitentia ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi
iustificari. in isto enim omnis qui credit iustificatur ad deum·
40 uidete ergo, ne superueniat quod dictum est in prophetis:
41 „Uidete, contemptores, et admiramini et exterminamini, quia Hab. 1, 5.
opus operor ego in diebus uestris, quod non creditis, si quis
exposuerit uobis.“ et tacuerunt.

42 Progredientibus uero eis rogabant, in sequente sabbato
narrari sibi haec uerba. 43 et dismissa synagoga secuti sunt multi
Iudaeorum et colentium proselytorum Paulum et Barnabam, qui lo-
quentes cum illis persuadentes eis permanere in gratia dei. 44 factum
est autem per omnem ciuitatem transire uerbum domini. sequenti
autem sabbato paene tota ciuitas collecta est audire Paulum
multum uerbum faciens de domino. 45 et cum uidissent Iudaei
turbam, repleti sunt aemulatione et contradicebant sermonibus,
quae a Paulo dicebantur, contradicentes et blasphemantes. 46 ad-
hibita uero fiducia Paulus et Barnabas dixerunt ad eos: „Uobis
oportebat primum loqui uerbum domini, sed quia repulistis illud
et non dignos iudicastis eos in aeternam uitam, ecce conuertimur
ad gentes. 47 ita enim mandatum dedit nobis dominus: Ecce Ies. 49, 5.
lucem posui te super gentibus, ut sint in salutem usque ad ulti-
mum terrae.“ 48 et cum audirent gentes, gauisae sunt et ex-
ceperunt uerbum domini et crediderunt quodquod erant ⟨destinati⟩
in uitam aeternam. 49 et prouulgabatur uerbum domini per
omnem regionem. 50 Iudaei autem instigauerunt caelicolas mulieres
honestas et principes ciuitatis et suscitauerunt tribulationem
magnam et persecutionem super Paulum et Barnabam et eiecerunt
eos de finibus eorum. 51 ad illi excusso puluere de pedibus suis
super eos uenerunt in Hiconio. 52 discipuli uero inplebantur gaudio
et spiritu sancto.

XIV. 1 Contigit autem ut Ichonio similiter introire eos in
synagoga Iudaeorum et loqui sic ad eos, ita ut crederent Iudae-
orum et Grecorum copiosa multitudo. 2 archisynagogae Iudaeorum
et principes synagogae incitauerunt persecutionem aduersus iustos
et male tractauerunt animas gentium aduersus fratres. dominus
autem dedit comfestim pacem. 3 plurimo ergo tempore commorati
sunt habita fiducia in domino, qui testimonium perhibuit uerbo

---

39. deum om. d (abscissa pagina). 43. saecuti d. 46. eos (sec.) = ἑαυτούς.
47. usquae d. 48. destinati (cf. gr.) e gig. suppl., om. d.
XIV. 2. archisynagogae (non -gi) d.

gratiae ipsius, dans signa et portenta fieri per manus eorum. 4 diuisa autem erat multitudo ciuitatis, et alii quidem erant cum Iudaeis, alii uero cum apostolis adherentes propter uerbum dei. 5 ut autem factum est impetus gentilium et Iudaeorum cum magistratibus ipsorum et iniuriauerunt et lapidauerunt eos, 6 intellexerunt et fugerunt in ciuitates Lycaoniae in Lystra et Derben et circum totam regionem. 7 et illic erant euangelizantes. et commota est omnis multitudo in doctrinis. Paulus autem et Barnabas moras faciebant in Lystris.

8 Et quidam uir sedit adynatus a pedibus ab utero matris suae, qui numquam ambulauerat. 9 hic audiuit Paulum loquentem possidens in timore. intuitus autem eum Paulus et uidens, quia habet fidem, ut saluus fiat, 10 dixit uoce magna: „Tibi dico in nomine domini Ihesu Christi: surge supra pedes tuos rectus et ambula.“ et statim subito exiliuit et ambulabat. 11 turba autem uidens, quod fecit Paulus, leuauerunt uocem suam lycaonice dicentes: „Dii adsimilati hominibus descenderunt ad nos.“ 12 uocabant Barnaban Iouem, Paulum uero Mercurium, quoniam ipse erat princeps sermonum. 13 sacerdotes autem qui erant Iouis ante ciuitate tauros eis et coronas ad ianuas adferentes cum turba uolentes

Fl. XIV. 5 . . . . (lapidaue)runt eos. 6 (intellexerunt et fugerunt) in Lycaoniae ciuitates Lystra et Derben et omnem circuitum. 7 et illic bene nuntiabant, et motum est omne genus in doctrina eorum. Paulus autem et Barnabas commorabantur in Lystris.

8 Illic fuit quidam infirmus sedens inualidus pedibus, qui a uentre matris numquam ambulauerat, habens timorem dei. 9 hic libenter audiuit Paulum incipientem loqui. intuitus est eum et cognouit Paulus, quoniam haberet fidem, ut saluaret eum. 10 dixit magna uoce: „Tibi dico in nomine Ihesu Christi domini nostri: Surge in pedes tuos rectus et ambula.“ et confestim exsiliuit et ambulabat. 11 turbae autem uidentes quae fecit Paulus adleuauerunt uocem lycaonice dicentes: „Di adsimilauerunt se hominibus et descenderunt ad nos.“ 12 et uocauerunt Barnaban quidem Iouem, Paulum autem Mercurium. 13 sacerdos autem Iouis, qui in porticu ciuitatis erat, tauros et diademata e . . . . add . . . . . cum plebe uolens

4. propterter d, improb. d^k | magistribus d. 8. adynatus = ἀδύνατος. 9. possidens = ὑπάρχων | eum paulum d. 11. lycaoni d. 13. bolentes (ἤθελον) d.

8. uente fl. 10. ambula fl. 11. lycaonicae fl. 12. Paulum em., populum fl.

immolare. 14 cum audisset autem Barnabas et Paulus, consciderunt uestimenta sua et exilierunt ad turbas 15 clamantes et uociferantes: „Uiri, quid haec facitis? nos patientes sumus uobis hominibus, euangelizamus uobis deum, ut ab his uanis conuertamini ad deum uiuum, qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt, 16 qui in praeteritis saeculis sinauit omnes gentes ambulare uias suas, 17 et quidem non sine testimonio reliquid se ipsum, benefaciens de caelo uobis, imbres dans et tempora fructifera, implens cibo et iucunditate corda uestra.“ 18 et haec dicentes et conpescuerunt turbas, ne sibi immolarent. 19 moras facientes eos et docentes superuenerunt autem Iudaei ab Iconio et Antiochia et cum instigassent turbam et lapidassent Paulum, traxerunt extra ciuitatem existimantes mortuum esse eum. 20 circueuntes enim discipuli eius cum surrexisset introiuit in Lystram ciuitatem.

immolare. 14 et cum audissent Paulus et Barnabas ista, confestim exsil . . . . . s ad plebem 15 et clamantes dicebant: „Uiri, quid haec facitis? nos homines sumus uestri similes adnuntiantes uobis: de his uanis conuertamini ad eum, qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt, 16 qui praeteritis temporibus siuit omnes gentes hominum ire in uiam suam. 17 et non inuisibilem dimisit se, sed magis benefecit dans uobis pluuiam de caelo et tempora fructuosa adimplens cibo et iucunditate corda uestra.“ 18 et haec dicentes uix persuaserunt, ne immolarent sibi illi homines, et discedere eos ab se. 19 et cum ibi commorarentur et docerent, superuenerunt quidam Iudaei ab Iconia et Antiochia, qui palam disputabant uerbum dei. persuadebant illos homines, ne crederent eis docentibus, dicentes quia nihil ueri dicunt, sed in omnibus mentiuntur. et concitauerunt turbam ut lapidarent Paulum, quem trahentes foras extra ciuitatem putauerunt eum esse mortuum. 20 tunc circumdederunt eum discentes, et cum surrexisset Paulus uespere leuauit se et introiuit ciuitatem Lystrum.

15. patientes = ὁμοιοπαθεῖς | nominibus d. 16. sinauit (εἴασεν) em. (cf. H. Roensch, It. u. Vulg. p. 287), sanauit d | ambulate d | uias suas (ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν D) d. 17. imbrens d | ciuo d. 18. et (μόγις) conpescuerunt d, uix conpescuerunt gig. 19. instigassent d^k, istigassent d. 20. enim = δὲ | introibit d.

16. omni gentis fl. 17. dae caelo fl. 18. immolaret fl. 20. discentes (cf. gr.) em., dicentes fl. | Paulus em., populus fl.

Et altera die exiuit cum Barnaban Derben. [21] euangelizantes autem in illa ciuitate et ⟨cum⟩ discipulos fecissent plures, reuersi sunt Lystram et Iconium et Antiochiam. [22] confirmantes enim animas discipulorum, exhortantes, ut permanerent in fidem, et quia per multas conflictationes oportet nos introire in regnum dei. [23] et cum ordinassent illis per ecclesias presbyteros, orantes autem cum ieiunationibus commendauerunt eos deo, in quem crediderunt.

Et altera die exiuit cum Barnaba in Derben. [21] et bene nuntiauit eis qui erant in ciuitate et docuerunt multos. tunc reuersi sunt Lystram et Iconium et Antiochiam, [22] confortantes animas discentium et rogantes eos permanere in fide, dicentes quia per multas tribulationes oportebit uos introire in regnum dei. [23] et constituerunt eis maiores natu . . . .

[24] Pergressi autem Pisidiam uenerunt in Pamphyliam [25] et locuti aput Pergen uerbum descenderunt in Attaliam euangelizantes eos. [26] et inde enauigarunt Antiochiam, unde erant traditi in gratia dei ad opus quod inpleuerunt. [27] cum aduenissent autem et collegissent ecclesiam, renuntiauerunt quae deus fecit illis cum animabus eorum, et quia aperuit gentibus ostium fidei.

[28] Demorabantur uero tempus non modicum cum discipulis. XV. [1] et quidam cum aduenissent a Iudaea docebant fratres, quia ⟨si⟩ non circumcisi fueritis et more Moysi ambulaueritis, non potestis salui fieri. [2] facta ergo seditione et questione non modica a Paulo et Barnaba ad eos, dicebat autem Paulus manere sic, sicut crediderunt. qui autem uenerunt ab Hierusalem, statuerunt eis, Paulo et Barnabae, et quosdam alios ascendere ⟨ad⟩ apostolos et presbyteros in Hierusalem, ut iudicentur super eos de questione hac. [3] illi quidem praemissi ab ecclesia pergrediebantur Phoenicem et Samariam exponentes reuersionem gentium et efficiebant gaudium magnum omnibus fratribus. [4] cum peruenissent autem Hierusalem, excepti sunt mire ab ecclesia et apostolis et presbyteris renuntiauerunt, quanta fecit deus cum illis. qui autem praeceperunt eis ascendere ad presbyteros, [5] surrexerunt

24. pergressi (διελθόντες) em. (cf. XV, 3), regressi d. 26. cratia d.

XV. 1. si (ἐὰν) om. d | potestes d. 2. dicebat autem = ἔλεγεν γὰρ. | ad (cf. gr. et gig.) om. d | iudicentur (cf. gr.) em., iudicent d | hac em., hanc d (elota littera c, ut uidetur) 3. pergrediebantur (cf. gr. et XIV, 24) em., regrediebantur d | efficiebat d 4. mire (μεγάλως) m., mirae d | praesbyteros d.

21. et (uel : ac) bene (cf. gr.) em., ec bene fl.

dicentes quidam ⟨qui⟩ de heresim Pharisaeorum crediderunt, quia oportet circumcidi eos praecipiendumque seruari legem Moysi. 6 conuenerunt autem apostoli et presbyteri uidere de sermone hoc. 7 et cum multa altercatio fieret, surrexit in spirito Petrus et dixit ad eos: „Uiri fratres, uos scitis quia a diebus antiquis in nobis deus elegit per os meum audire gentes uerbum euangelii et credere. 8 qui autem corda nouit deus testimonium perhibuit eis, dedit super eos spiritum sanctum, sicut et nobis, 9 et nihil discreuit inter nos et ipsos, fidei emundatis cordibus eorum. 10 nunc ergo quid temptatis deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos potuimus baiolare? 11 sed per gratiam domini Ihesu Christi credimus salui fieri, quemadmodum et illi.“ 12 disponentes autem presbyteros quae a Petro dicebantur. sileuitque omnis multitudo et audiebant Barnabam et Paulum exponentes, quanta fecerit deus signa et prodigia in gentibus per ipsos. 13 postquam autem hii siluerunt, surgens Iacobus dixit: „Uiri fratres, audite me. 14 Symeon exposuit, quemadmodum primum deus prospexit accipere ex gentibus populum nomini suo. 15 et sic consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est: 16 ‘Post haec autem conuertar et aedificabo Am. IX, 11. tabernaculum Dauid, quod cecidit, et quae dimolita sunt eius et aedificabo et erigam illud, 17 ut exquirant residui hominum deum, et omnes gentes, super quos inuocatum est nomen meum super ipsos, dicit dominus faciens haec’. 18 notum a saeculo est domino opus ipsius. 19 propter quod ego iudico: non sumus molesti his qui de gentibus conuertuntur ad deum, 20 sed praecipere eis, ut abstineant a contaminationibus simulacrorum et stupris et sanguinem et quae uolunt non fieri sibi, aliis ne faciatis. 21 Moyses enim ex progeniebus antiquis per ciuitates habet qui eum praedicant [habent] in synagogis, per omne sabbatum ut legatur.“

22 Tunc uisum est apostolis et presbyteris cum tota ecclesia, electos uiros ut ex eis mitterent in Antiochiam cum Paulo et Barnaba Iudam qui uocatur Barabbas et Silan, uiros principales. ad fratribus 23 scripserunt epistulam per manus suas continentem haec: „Apostoli et presbyteri fratres hiis qui sunt per Antiochiam et

5. qui (cf. gr. et gig., ubi legendum: de heresi Phariseorum qui crediderunt) suppl., om. d | praecipiendumquae serbari d. 6. praesbyteri d. 8. nobit d. 10. ne, superscr. quae d. 11. salbi d. 12. desponentes (l. disponentes) autem presbyteros d, sic reddens συνκατατεθε(ι)μένων δὲ τῶν πρεσβυτέρων. itaque: sileuitque pro ἐσείγησεν. 15. consonat d. 17. ut exquirant (cf. gr.) em., et exquiram d. 18. sumus. fort leg. simus.

22. iudas d | ad = ἐν τοῖς. 23. scripserunt = γράψαντες.

Syriam et Ciliciam qui sunt ex gentibus fratribus salutem. 24 quoniam audiuimus quod quidam ex nobis exeuntes perturbauerunt uos uerbis destruentes animas uestras, quibus non iniunximus, 25 uisum est nobis constitutis pariter electos uiros mittere ad uos cum dilectissimis nostris Barnaba et Paulo, 26 hominibus qui tradiderunt animam suam propter nomen domini nostri Ihesu Christi in omni temptationi. 27 misimus ergo Iudam et Silan et ipsos uerbo adnuntiantes haec. 28 uisum est enim sancto spiritui et nobis nihil amplius ponere uobis honeris praeter haec quae necesse est: 29 abstinere sacrificatis et sanguine et stupris et quaecumque non uultis uobis fieri alii ne feceritis. a quibus conuersantes uos ipsos bene agitis. ferentes in sancto spirito ualete."

30 Illi quidem dismissi in diebus paucis peruenerunt Antiochiam et cum collegissent multitudinem tradiderunt epistulam. 31 et cum legissent gauisi sunt super hanc ortationem. 32 Iudas quoque et Silas etiam ipsi prophetae cum essent pleni spirito sancto, sermoni exhortati sunt fratres, et perconfirmati sunt. 33 cum fecissent autem tempus dismissi sunt cum pace a fratribus ad ipsos qui miserant eos. 34 placuit autem Sileae sustinere eos. solus autem Iudas profectus est.

35 Paulus uero et Barnabas demorabantur Antiochiae docentes et euangelizantes et cum aliis multis uerbum domini. 36 et post aliquos dies ait Paulus ad Barnaban: „Reuersique uisitemus fratres per omnem ciuitatem, penes quos adnuntiauimus uerbum domini, quo modo habeant. 37 Barnabas uero uolebat adsumere Iohannen qui cognominatur Marcus. 38 Paulus autem nolebat dicens hiis qui discesserunt ab eis a Pamphylia et nec uenerunt ad opus in quo missi erant, hunc non adsumerent secum. 39 facta est autem disceptatio, ita ut separarentur ab inuicem. Barnabas uero adsumpto Marco nauigauerunt in Cyprum. 40 Paulus autem suscepit Silan ⟨et⟩ exiuit traditus gratiae domini a fratribus. 41 pergrediebatur autem Syriam et Ciliciam confirmans ecclesias, tradens autem mandatum presbyterorum. XVI. 1 pertransiens gentes istas deuenit Derben et Lystram. ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus filius mulieris iudaeae fidelis, patre autem graeco, 2 cui testimonium perhibuit ab hiis qui Lystrae et Iconio fratribus.

---

24. perturbaberunt d. 26. anim suam d. 29. conuersantes. sub primo s semiformatum t.

31. ortationem (παρακλήσει) em., orationem d.

35. antiochia d. 36. reuersique = ἐπιστρέψαντες δή. | adnuntiabimus d | habeat d. 39. disceptatio (παροξυσμὸς) em. (cf. gig.), dissertatio d. 40 et (cf. gr. et gig.) suppl , om. d | exibit d | gratia d. XVI. 1. debenit d | iudeae d.

3 hunc uoluit Paulus secum exire et accipiens circumcidit eum propter Iudaeos qui erant in locis suis. sciebant enim omnes patrem eius quod Graecus esset.

4 Circumeuntes autem ciuitates praedicabant et tradebant eis cum omnem fiduciam dominum Ihesum Christum, simul tradentes et mandata apostolorum et presbyterorum his qui erant Hierosolymis. 5 ecclesiae ergo consolidabantur et abundabant numero cottidie.

6 Pertransiebunt autem Phrygiam et Galatiam regionem prohibiti a sancto spirito nemini loqui uerbum dei in Asia. 7 cum uenissent autem circa Mysiam uolebant Bithyniam abire, et uetuit illos spiritus Ihesu. 8 cum transissent autem Mysiam descenderunt Troada. 9 et uisum per noctem apparuit Paulo, quasi uir Macedo quidam stans ante faciem eius et rogans dicens: „Transi in Macedonia auxiliari nobis.“ 10 exurgens ergo enarrauit uisum nobis, et intellegimus, quoniam prouocauit nos dominus euangelizare qui in Macedonia sunt.

11 Alia die perducti a Troade cursum direximus in Samotrachiam et sequenti die Neapolim, 12 inde autem Philippis, quae est capud Macedoniae, ciuitas colonia. fuimus in ista ciuitate demorantes dies aliquos. 13 die autem sabbati exiuimus extra portam secundum flumen, ubi oratio esse uidebatur. et cum sedissemus loquebamur quae cumuenerant mulieres. 14 et quaedam mulier nomine Lydia purpuraria Thyatirum ciuitatis colens deum audiebat, cuius dominus aperuit cor intendere eis quae dicebantur a Paulo. 15 ut autem baptizata est et omnis domus eius, rogauit dicens: „Si iudicastis me fidelem domino esse, ingressi in domum meam manete“, et extorsuit nobis

16 Contigitque euntibus nobis ad orationem puellam quandam habentem spiritum phytonem obuiam fieri nobis, quae reditum multum praestabat dominis suis per hoc diuinando. 17 haec persecuta est Paulum et nos et clamabat dicens: „Hi serui dei excelsi sunt, qui euangelizant uobis uiam salutis.“ 18 hoc autem faciebat per multos dies. conuersus autem Paulus in spiritu et cum indoluisset dixit: „Praecipio tibi in nomine Ihesu Christi, ut exeas ab

3. suis = ἐκείνοις. leg.: illis? | crecus d.

6. phygiam d. 9. anti d. 10. enarrabit d.

11. troadae d. 12. inde d^2, indie d^1. 13. exibimus d | esse uidebatur (cf. gr.) em., esset bidebatur d | loquebamur (cf. gr.) em., loquebatur d | quae cumuenerant = ταῖς συνελθυθυίαις.

16. contigitque d^2, contigitquae d^1 | puella quendam d. 17. ‘hi’. d^e super scripsit ‘homini’.

eam.“ et eadem hora exiit. 19 cum uidissent domini eius puelles quoniam pessum it reditus eorum, quem habebant per ipsam, appraehenderunt Paulum et Silam traxerunt in forum ad magistratos. 20 et cum optulissent eos praetoribus dixerunt: „Isti homines perturbant nostram ciuitatem, Iudaei cum sint, 21 et praedicant gentes quam non licet nobis recipere nec facere, Romani cum simus.“ 22 et multa turba superuenerunt aduersus eos clamantes. tunc magistrati discissis uestimentis iusserunt uirgis caedi 23 multisque inpositis eis plagis miserunt in carcerem praecepto dato optioni carceris diligenter seruari eos. 24 qui mandato tali accepto misit eos in imam carceris et pedes eorum conclusit in ligno. 25 circa mediam uero noctem Paulus et Silas orantes ymnum dicebant deo, audiebant autem eos ipsi uincti. 26 repente autem terrae motus factus est magnus, ita ut commouerentur fundamenta carceris. apertaeque sunt statim ianuae omnes, et omnium uincula relaxata sunt. 27 et exomnis factus est optio carceris et uidit apertas ianuas carceris, euaginato gladio coeperat se interficere existimans effugisse custodias. 28 clamauit autem magna uoce Paulus dicens: „Nihil feceris tibi malum; omnes enim sumus hic.“ 29 lumen uero petens accucurrit et tremibundus factus procidit ad pedes Paulo et Silae. 30 et cum produxisset eos foras ceteros custodiuit et dixit illis: „Domini, quid me oportet facere ut saluus fiam?“ 31 ad illi dixerunt: „Crede in domino Ihesu Christo, et saluus fies tu et domus tua.“ 32 et locuti sunt ei uerbum domini cum omnibus, qui erant in domum eius. 33 et adpraehendit eos in illa hora noctis, soluit plagas et ipse baptizatus est et eius omnes confestim. 34 et perduxit eos in domum suam et posuit mensam et exultabat cum tota domu sua credens in domino.

35 Die autem facta conuenerunt magistrati id ipsud in foro et rememorati [sunt] terrae motum qui factus est timuerunt et transmiserunt lictores dicentes: „Dimitte homines illos, quos esterna die suscepisti.“ 36 et ingressus optio carceris renuntiauit hos sermones ad Paulum, quoniam „miserunt praetores, ut dimittamini. nunc ergo exeuntes ambulate.“ 37 Paulus autem ait ad ipsos: „Anetios caesos nos publice indemnatos homines Romanos ciues miserunt in carcerem et nunc occulte nos eiciunt. non ita. sed ueniant, ipsi nos producant.“ 38 renuntiauerunt autem praetoribus

19. pessum it (cf. gr.) em., ispes (spes d²) et d. 20. perturbant (cf. gr.) em., perturbam d | praedicant (cf. gr.) em., praedicantes d | gentes = ἔθνη pro ἔθη.
25. nocte d. 26. apertequae d. 27. effugisset d. 33. soluit = ἔλυσεν.
35. lectores d | esterna (cf. gr.) em., externa d. 37. occultae d.

lictores uerba haec, quae dicta sunt ad praetores. cum autem audierunt quia Romani sunt, timuerunt 39 et cum uenissent cum amicis multis in carcerem, rogauerunt eos exire dicentes: „Ignorauimus aduersum uos, quoniam estis uiri iusti.“ et cum produxissent rogauerunt eos dicentes: „De ciuitate ista exite, ne forte iterum conuertantur ad nos clamantes aduersum uos.“ 40 et cum exissent de carcere uenerunt ad Lydiam et cum uidissent fratres narrauerunt, quanta fecit dominus cum eis, exortati sunt eos et exierunt.

XVII. 1 Cum ambulassent autem Amphipolim et descenderunt Apolloniam et inde Thessalonicam, ubi erat synagoga Iudaeorum. 2 et secundum consuetudinem Paulus introiuit ad eos, per sabbata tria disputauit eis de scripturis, 3 adaperiens et confirmans quia Christum oportet pati et resurgere a mortuis, et quia hic est Christus Ihesus, quem ego adnuntio uobis. 4 et quidam ex eis persuasum est, et consortes facti sunt Paulo et Silae doctrinae multi caelicolarum et Graecorum multitudo magna et mulieres primorum non paucae. 5 adsumptis uero Iudaeis conuertentes quosdam uiros forenses subdoles turbabant ciuitatem et circumstantes ad domum Iasonis quaerebant eos producere ad populum. 6 cum uero non inuenissent eos, traxerunt Iasonem et quosdam fratres ad principes ciuitatis clamantes et dicentes, quia „qui orbem terrae inquietauerunt hi sunt et huc uenerunt, 7 quos suscepit Iason. et isti omnes contra consulta Caesaris agunt, regem dicentes alium esse Ihesum.“ 8 et concitauerunt principes et turbam audientes haec. 9 et accipientes satis ab Iasone et ceteris dismiserunt eos.

10 Uero fratres statim per noctem dismiserunt Paulum et Silan Beroeam. qui cum aduenissent in synagogam Iudaeorum ibant. 11 hi autem sunt nobiliores qui Thessalonicae sunt. qui acceperunt uerbum cum omni animatione cottidie examinantes scripturas, si habeant haec ita. 12 multi ergo ex his crediderunt, quidam uero credere noluerunt. et Graecorum et conplacentium et uiri et mulieres plures crediderunt. 13 ut autem cognouerunt qui a Thessalonica Iudaei quia uerbum dei adnuntiatum est in

38. lectores d | a praetores d. 39. ignorauimus (cf. gr.) em., ignoramus d. 40. exortati (cf. gr.) em., exorti d.

XVII. 2. introibit d | disputabit d. 4. primorum (cf. gr.) em., quae morum d | pauce d. 5. adsuptis uero iudaeis d, οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι D. 6. inquitauerunt d | huc (cf. gr.) em , hoc d. 9. iasonem d.

11. cottidiae d | exanimantes d. 12. conplacentium (εὐσχημόνων) em. (cf. XVII, 34), non placentium d | mulieris d | plures (ἱκανοὶ) em., pleres d.

Beroean, et crediderunt, et uenerunt in eam et illic commouentes et turbantes multitudinem non cessabant. 14 statimque Paulum fratres dismiserunt abire ad mare uersus. substinuit autem Silas et Timotheus ibi. 15 qui autem ducebant Paulum perduxerunt usque Athenis. transiit uero Thessaliam. uetatus est enim super eos praedicare sermonem. ut accepissent mandatum a Paulo ad Silam et Timotheum, ut quam celeriter ueniant, ad eum proficiscebantur.

16 Uero Athenis expectante eos Paulo incitabatur spiritus eius in eo uidenti simulacris esse ciuitatem. 17 disputabat ergo in synagoga Iudaeis et hiis qui colunt et his qui forte aderant et hiis qui in foro per omnem diem. 18 quidam autem et Epicuriorum et Stoicorum philosophorum conferebant cum eo, et quidam dicebant: „Quid nunc uelit spermologus hic dicere?“ alii: „Nouorum daemoniorum uidetur adnuntiator esse.“ 19 post dies aliquos adpraehensumque eum adduxerunt ad Arium pagum, rogitantes et dicentes: „Possumus scire, quae est nouitas haec a te narratio doctrinae? 20 noua enim quaedam adfers interlocutiones ad aures nostras. uolumus ergo scire, quid nunc sibi uelint haec esse.“ 21 Athenenses uero omnes et qui aduenae erant hospitiis ad nihil aliut uacabant quam dicere aliquid aut audire nouius.

22 Cum stetisset autem Paulus in medio Arii pagi ait: „Uiri Athenenses, per omnia superstitiosos uos uideo esse. 23 circumambulans enim et perspiciens ea quae colitis inueni etiam et aram, in qua scriptum erat IGNOTO DEO. quod ergo ignorantes colitis hoc ego adnuntio uobis. 24 deus qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt, hic cum sit caeli et terrae dominus qui est, non in manu factis templis inhabitat 25 neque manibus humanis curatur, tamquam egeat quod ipse dederit omnibus: uitam et spiramentum et omnia. 26 fecit ex uno sanguine omnem nationem hominum inhabitare super omnem faciem terrae, cum definisset imperata tempora et determinationes inhabitationis eorum, 27 quaerere quod diuinum est, si forte tractent illud, inueniant quidem non longe ab unoquoque nostrorum. 28 in ipso enim uiuimus et mouemur et sumus in diurnum, sicut qui secundum uos sunt quidam dixerunt:

13. credederunt d. 14. statimquae d.

16. expectante eos Paulo (cf. gr. et gig.) em., expectante eo paulum d. 18. uellit d | noborum d. 19. rogitantes (πυνθανόμενοι) em., cogitantes d | que est d. 20. adfers (cf. gr.) em., adferens d | ad aures (cf. gr.) em., aduersus d | uellint d. 21. aduene d.

24 qui est (ὑπάρχων) abundat post: qui sit. 26. inhabitationes d.

„Huius enim et genus sumus.“ [29] genus ergo cum simus dei, non debemus existimare neque auro aut argento aut lapidi, sculptioni artis et cupiditatis humanae, quod diuinum est esse simile. [30] itaque temporibus ignorantiae huius despiciens deus iam nunc adnuntiat hominibus, ut omnes ubique paenitentiam agant, [31] quoniam statuit diem iudicare orbem terrae in iustitia in uiro Ihesu, cuius constituit fidem exibere omnibus, resuscitauit eum a mortuis.

[32] Audientes autem resurrectionem mortuorum aliqui deridebant, alii uero dixerunt: „Audiemus te de hoc iterum.“ [33] sic Paulus exiuit de medio illorum. [34] quidam autem uiri cum haesitassent ei crediderunt, in quibus et Dionysius quis Areopagita conplacens et alii cum eis.

XVIII. [1] Regressus uero ab Athenis uenit in Corinthum. [2] et cum inuenisset quendam Iudaeum nomine Acylam Pontium natione recens uenisse ab Italia et Priscillam uxorem eius, eo quod praecepisset Claudius discedere omnes Iudaeos ex urbem, qui et demorati sunt in Achaiam, accessit ad eos Paulus [3] et propter artificium manebat apud eos et operabatur. [4] ingressus autem in synagogam per omne sabbatum disputabat et interponens nomen domini Ihesu et persuadebat non solos Iudaeos, sed et Graecos. [5] ut uero aduenerunt in Macedonia Silas et Timotheus, instabat sermoni Paulus, testificabatur

Flor. XVII. [34] Quidam autem crediderunt, in quibus Dionysius quidam Areopagites et mulier nomine Damalis et multi ceteri cum eis.

XVIII. [1] Et cum recessisset Paulus ab Athenis uenit Corinthum et inuenit Aquilam natione Ponticum Iudaeum, qui in recenti uenerat ab Italia cum Priscilla uxore sua, et salutauit eos (hii autem propterea exierunt ab urbe, quod dixisset Claudius, uti omnes Iudaei exirent ab urbe), qui uenerant in Achaiam. [3] Paulus autem agnitus est Aquilae, cum esset eiusdem artis, et mansit apud eum. erant enim artificio lectari. [4] et cum introiret in synagogam, per omnem sabbatum disputabat interponens nomen domini Ihesu. suadebat autem non solum Iudaeis, sed et Graecis. [5] tunc superuenerunt a Macedonia Silas et

29. cupiditatis = ἐνθυμήσεως. 30. itaquae d.
32. resurrectione d | audiemus (cf. gr.) em., audimus d. 33. exibit d | esitassent d.
XVIII. 2. inuenissent d | natione (cf. gr. fl.) em., nomine d. 5. instabant d.

XVII. 34. ceteris fl.
XVIII. 2. exsierunt fl.

Iudaeis esse Christum dominum Ihesum. [6] multoque uerbo facto et scripturis disputantibus, resistentibus autem eis et blasphemantibus excutiens Paulus uestimenta sua dixit ad eos: „Sanguinem uestrum super caput uestrum! mundus ego a uobis nunc ad gentes uado.“ [7] et cum recessisset ab Acyla introiuit in domum cuiusdam nomine Iusti colentis deum, cuius domus erat confinis synagogae. [8] uero archisynagogus Crispus credidit in domino cum tota domo sua, et multi Corinthiorum audientes credebant et baptizabantur credentes in deo per nomen domini nostri Ihesu Christi. [9] dixit autem dominus per uisum Paulo per noctem: „Ne timeas, sed loquere et ne tacueris, [10] quoniam ego sum tecum, et nemo adgredietur te ut malefaciat tibi, quoniam populus est mihi multus in ciuitate hac.“ [11] et consedit in Corintho anno et mensibus sex docens penes ipsos uerbum dei.

[12] Cumque Gallio proconsol esset Achaiae inruerunt unanimiter Iudaei conloquentes inter semet ipsos de Paulo et inponentes manum adduxerunt eum ad tribunal, [13] clamantes et dicentes quia „contra legem hic persuadet hominibus colere deum“. [14] incipiente autem Timotheus. atque iterum cum multa fierent uerba et scripturae interpraetarentur, [6] contradicebant Iudaei quidam et maledicebant. tunc excussit uestem suam Paulus et dixit ad eos: „Sanguis uester super caput uestrum. mundus ego nunc uado ad gentes ab uobis.“ [7] et recessit ab Aquila et abiit in domum Iusti metuentis deum, erat autem domus eius confinis synagogae. [8] archisynagogus autem quidam nomine Crispus credidit in dominum cum tota domo sua. et cum multus plebs Corinthiorum audierant uerbum domini, unti sunt credentes deo in nomine Ihesu Christi. [9] tunc dixit dominus ad Paulum in uisum: „Ne timeas, sed loquere et uide ne taceas. [10] quoniam ego sum tecum, et nemo conabitur male facere tibi, propterea quod plebs est mihi multus in ista ciuitate.“ [11] et sedit Corinthi per annum et sex menses docens apud eos uerbum dei.

[12] Gallio autem cum esset pro consule Achaiae, exurrexerunt consentientes Iudaei et conlocuti secum de Paulo iniecerunt ei manus et perduxerunt ad proconsulem, [13] clamantes et dicentes quia aduersus legem suadet homines deum colere. [14] et cum uellet Paulus os

6. a bobis d. 7. introibit d. 10. adgredietur (cf. gr. fl. gig.) em., adgreditur d. 11. ueruum d. 12. essed d | achaie d.

5. multa (cf. gr.) em., multis fl. 9. loquaere fl. 11. annu fl. 12. exurreserunt fl. | iubaei fl. 13. quiaduersus fl.

Paulo aperire os dixit Gallio ad Iudaeos: „Siquidem esset iniuria aut falsum subdolum, o uiri Iudaei, cum ratione forsitam paterer uos. 15 si autem questio est de uerbo et nominibus et lege quae secundum uos est, uideritis ipsi. iudex horum nolo esse.“ 16 et abiecit eos a tribunali. 17 adpraehendentes eum omnes Graeci tum Sosthenen archisynagogum caedebant ante tribunal. tunc Gallio fingebat eum non uidere.

18 Uero Paulus adhuc moratus dies plurimos fratribus ualefecit, nauigauit in Syriam et cum ipso Priscilla et Aquila tonso capite in Cenchris — habebat enim orationem — 19 deuenerunt Ephesum et sequenti sabbato illos reliquerunt

aperire, dixit Gallio ad Iudeos: „Si esset aliqua iniquitas in eo uel facinus nequam, o uiri Iudei, recte uos sustinerem. 15 sed si quaestiones aliquae sunt inter uos de uerbo uel de nominibus uel de lege uestra, ipsi uideritis. iudex eorum nolo esse. 16 et dimisit eos a tribunali suo. 17 et conprehenderunt Graeci Sostenen archisynagogum et percusserunt ante tribunal, et Gallio simulabat se non uidere.

18 Paulus autem commoratus illic conpluribus diebus ualefecit fratribus nauigans in Syriam et cum eo Priscilla et Aquila, qui uotum cum fecisset Cenchris capud tondit, et cum uenisset Ephesum in se(quenti sabbato) . . . . .

ibi, ipse uero ingressus in synagogam disputabat Iudaeis. 20 rogantibusque eis longiore tempore manere cum eis non adnuit, 21 sed cum salutasset eos et dixit: „Oportet me sollemnem diem aduenientem facere Hierosolymis iter et reuerti ad uos deo uolente.“ rediens ab Epheso 22 et descendit Caesaream. et cum ascendisset et salutasset ecclesiam descendit in Antiochiam. 23 et cum fecissent tempus quodam exiuit pergrediens ex ordine Galatiam regionem et Phrygiam confirmans omnes discipulos.

24 Iudaeus autem quidam nomine Apollonius natione Alexandrinus, uir disertus, deuenit Ephesum, potens in scripturis. 25 hic erat doctus in patria uerbum domini et feruens spiritu eloquebatur et docebat diligenter de Ihesu sciens solum baptisma Iohannis. 26 adque hic coepit cum fiducia loqui in synagoga. et cum audissent eum Aquilas et Priscilla adprehenderunt eum et diligentius ei ex-

15. legem d. 16. tribunal d. 17. tum (cf. gr.) em., cum d. 18. moratus (cf. gr. fl. gig.) em., memoratus d | habebebat d. 21. rediens (profectus gig.) em., redie d. 23. quodam = τινα. | pexiuit d.

25. ferbens d

18. paus (l. paulus) fl.

posuerunt uiam. in Ephesum autem exeuntes quidam Corinthii et audierunt eum hortantes transire cum ipsis in patria ipsorum. 27 non renuente autem eo Ephesii scripserunt qui sunt in Corintho discipulis, quomodo exciperent hunc uirum. qui cum exiuit in Achaiam multum contulit in ecclesias. 28 fortiter enim Iudaeos conuincebat publice disputans et ostendens per scripturas, Ihesum esse Christum.

XIX. 1 Uolente uero Paulo secundum suum consilium exire in Hierosolyma, dixit ei spiritus reuertere in Asiam. perambulatis superioribus partibus uenit in Ephesum. 2 et cum inuenisset quosdam discipulos dixit ad eos: „Si spiritum sanctum accepistis cum credidissetis?“ illi uero ad eum: „Sed neque spiritum sanctum accipiunt quidam audiuimus.“ 3 dixitque: „Quid ergo baptizati estis?“ ad illi dixerunt: „in Iohannis baptisma.“ 4 dixit autem Pauius: „Iohannes baptizauit baptisma paenitentiae populo dicens in eum, qui uenerit post ipsum, ut crederent, hoc est in Christum.“ 5 cum audissent hoc baptizati sunt in nomine domini Ihesu Christi in remissionem peccatorum. 6 et cum inposuisset eis manum Paulus, statim cecidit spiritus sanctus super eos. loquebantur linguis et profetabant. 7 erant autem uniuersi uiri quasi duodecim.

8 Cum introisset autem Paulus in synagogam cum fiducia magna palam loquebatur per tres menses disputans et persuadens de regno dei. 9 ut uero quidam eorum cum indurarent et non crederent maledicentes uiam in conspectu multitudinis gentium, tunc recessit Paulus ab eis, segregauit discipulos cottidie disputans in scola Tyranni cuiusdam ab hora V usque decima. 10 hoc autem factum est in annos duos, ita ut omnes qui habitant Asiam audirent uerba domini, Iudaeique et Graeci.

11 Uirtutes etiam non quaslibet deus faciebat per manus Pauli, 12 ita ut et super infirmantes inferrentur a corpore eius sudaria aut simicintia et recederent ab eis infirmitates et spiritus malignus exiret. 13 adgressi sunt quidam ex circumuenientibus

---

26. aephesum d. 27. non renuente (cf. gr.) em., redeunte d | ephesi d | exibit d | in ecclesias d = ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. 28. publicae d | disputans (cf. gr.) em., disputante d.

XIX. 1. perambulatis (cf. gr. gig.) em., perambulantes d | superioris d. 2. accipiunt dd. add. ‘est’, sed improbauit. etiam in graecis D^{d} post λαμβάνουσι addere voluit εσ(τιν), sed improbauit. | quidam = τινές (pro τίνες) fort. leg.: quinam. 5. remissione d. 6. loquebatur d. 8. trens d. 10. craeci d.

11. quasilibet d | inferentur d. 12. recedent d | infirmitatis ut d.

Iudaeis exorcistarum nominare super eos qui haberent spiritus malignos nomen domini Ihesu dicentes: „Adiuro uos per Ihesum, quem Paulus praedicat.“ 14 in quo et fili Sceuae cuiusdam sacerdotis uoluerunt similiter facere. consuetudinem habebant apud eos exorcizare et introierunt ad impletos. coeperunt inuocare nomen dicentes: „Praecipimus tibi ⟨in⟩ Ihesu, quem Paulus praedicat, exire.“ 15 tunc respondens spiritus malignus dixit ad eos: „Ihesum adgnosco et Paulum scio, uos autem qui estis?“ 16 et insiliens in eos homo, in quo erat spiritus nequam, dominatus utrisque ualuit aduersus eos, ita ut nudi et uulnerati effugerent de domo illa. 17 hoc autem factum est notum omnibus Iudaeis et Grecis his qui habitant in Ephesum, et incidit timor super omnes eos, et magnificabatur nomen domini Ihesu. 18 multique credentium ueniebant confitentes et nuntiantes actos suos. 19 multi autem ex his qui curiosa gesserunt adtulerunt et libros comburebant coram omnibus et computatis praetiis illorum inuenerunt denariorum sestertia docenta. 20 sic potens conualescebat et fides dei crescebat et conualescebat.

21 Tunc Paulus adposuit in spirito transire per Macedoniam et Achaiam et sic ire in Hierosolyma dicens quia „cum fuero ibi, necesse est me Romam uidere“. 22 et misit in Macedoniam duos qui sibi ministrabant, Timotheum et Erastum, ipse uero substitit tempus in Asiam.

23 Factum est autem in illo tempore tumultus non modicus de hac uia domini. 24 Demetrius enim quidam argentarius faciens tempula argentea Dianae, qui prestabat artificibus non modicam adquisitionem, 25 hic conuocauit eos qui circa haec operabantur, ait ad eos: „Uiri artifices, scitis quia ex hac operatione adquisitio est nobis. 26 et auditis et uidetis, quia non solum ipsius Ephesi, sed paene omnis Asiae Paulus hic quidam tunc suadens seduxit plurimam turbam dicens, quoniam non sunt dii, qui fiunt manibus. 27 non solum autem nobis periclitatur pars in redargutionem uenire, sed etiam magnae deae templum Dianae in nihilum deputabitur, sed destrui incipiet ⟨maiestas eius, quam⟩ tota Asia et orbis terrarum colitur.“ 28 haec autem cum audissent et fuissent pleni indignatione, currentes in campo clamauerunt dicentes

13. exorcistarum (ἐξορκιστῶν) d pro: exorcistis. 14. ad impletos (cf. gr.) em., adimplentes d | in (cf. gr.) suppleui, om. d. 16. nequae d. 19. comuurebant d. 21. roma d. 25. operationem d.

26. auditis (cf. gr. et gig.) em., audistis d | paenae d | seduxit (cf. gr.) em., eduxit d. 27. diane d | maiestas eius quam (cf. gr. et gig.) suppleui, om. d | colitur = σέβεται.

„Magna est Diana Ephesiorum.“ [29] et repleta est tota ciuitas confusionem, impetumque fecerunt unanimiter in theatrum et rapuerunt Gaium et Aristarchum Macedones comites Pauli. [30] ipso autem uolente Paulo introire in turbam discipuli non sinebant. [31] quidam uero Asiarcharum, qui erant amici eius, cum misissent ad eum rogarunt eum ne daret se in theatrum. [32] alii autem uero aliut clamabant. erat enim ecclesia confusa, et plures nesciebant, cuius rei causa conuenerint. [33] de ipsa turba distraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudaeis. Alexander autem innuens manu uolebat rationem reddere populo. [34] cognito autem eo quod Iudaeus esset, uox facta est una omnium quasi horis duabus clamantium: „Magna est Diana Ephesiorum.“ [35] cum compescuisset scriba turbam ait: „Uiri Ephesi, quis enim est homo qui ignorat uestram ciuitatem aedituam esse magnae Dianae et huius Iouis? [36] contradictionem itaque non capientibus his oportet uos quietos esse et nihil temere agere. [37] adduxistis enim uiros istos huc neque sacrilegos neque blasphemantes deam nostram. [38] si quidem ergo Demetrius hic et qui cum eo sunt artefices habent cum aliquos quendam uerbum, conuentus aguntur et proconsoles sunt, accusent se inuicem. [39] si quid autem ulterius requiritis, in legem ecclesiae discutietur. [40] nam etiam periclitamur hodie accusari seditionis nullius causa esse, cuius possumus reddere rationem de hoc concurso.“ [41] et haec cum dixisset dissoluit ecclesiam.

XX. [1] Postquam autem cessauit tumultus, conuocauit Paulus discipulos et multo exhortatus salutans exiit in Macedoniam. [2] cum perambulasset omnes partes illas et exortatus sermone multo uenit in Ellada. [3] fecit autem menses tres, et cum fierent ei insidiae a Iudaeis, uoluit in Syriam perduci. dixitque spiritus ei reuertere per Macedoniam. [4] uolentes autem comitari eum usque ad Asiam Sopater Uirri Beryensis, Thessalonicensium uero Aristarchus et Secundus et Gaius Douerius et Timotheus, Ephesii autem Eutychus et Trophimus, [5] hi cum praecessissent expectabant nos Troade. [6] nos uero enauigauimus post dies azymorum a Philippis et uenimus ad eos Troadam quintani, in qua demorati sumus dies septem.

---

29. macedones comites (cf. gr. e gig.), em., macedonibus comitibus d. 31. darent d. 33. distraxerunt (κατεβίβασαν) = detraxerunt (gig.). 35. turba d. 36. contradictione d | quietos (cf. gr.) em., questos d. 37. huc (cf. gr.) em., hoc d.

XX, 4. uolentes (cf. gr.) em., uolente d. | usquae d. 5. hi cum (cf. gr.) em., hic cum d.

7 In una autem sabbati collectis nobis frangere panem
Paulus disputabat eis incipiens exire post alia die extenditque
sermonem usque in media nocte. 8 et erant faculae copiosae in
superioribus, ubi eramus collecti. 9 sedens autem quidam iuuenis
nomine Eutychus super fenestram demersus somno graui disputante
Paulo prolixius praeceps datus est a somno, cecidit de tristego
zosum et sublatus est mortuus. 10 cum descendisset autem Paulus
cecidit super eum et circumplexit et dixit: „Nolite turbari, anima
enim eius in ipso est.“ 11 cum ascendisset et fregisset panem
et gustasset satisque fabulatus esset usque ad lucem, sic profectus
est. 12 salutantes autem eos adduxerunt iuuenem uiuentem et
consolati sunt non mediocriter.

13 Nos uero ascendimus in nauem, deuenimus Assum, inde
mox recepturi Paulum. sic enim disposuerat incipiens ipse iter
facere. 14 ut autem conuenit nos in Assum, adsumpto eo uenimus
Mitylenen 15 et inde cum enauigassemus postridie peruenimus
contra Chium. et alia die applicauimus Samum et manentes in
Trogylio sequenti uenimus in Miletum. 16 iudicauerat enim Paulus
praeternauigare Ephesum, ut non contingeret ei morandi quies in
Asia. festinabat enim in die pentecostes adesse in Hierosolymis.
17 a Mileto autem cum misisset in Ephesum transmisit presbyteros
de ecclesiam.

18 Ad ubi uenerunt ad eum simulque cum essent, ait ad eos:
„Uos scitis, fratres, a prima die, in qua ingressus sum Asiam quasi
triennium et amplius quemadmodum uobiscum fui 19 per omne tem-
pore seruiens domino cum omni humilitatis sensu et lacrimis et
temptationibus quae euenerunt mihi ex insidiis ab Iudaeis, 20 quam
nihil substraxerim quae utilia essent ut adnuntiarem uobis et docerem
per domos et publice, 21 testificando Iudaeisque et Graecisque
in deo paenitentiam agent et fidem in dominum nostrum Ihesum
Christum, 22 et nunc ecce ego ligatus spirito uado in Hierosolyma,
quae in ea mihi uentura sunt nesciens. 23 quamquam spiritum
sanctum per singulas ciuitates protestatur mihi dicens quia uin-
cula et tribulationes manent mi in Hierosolymis. 24 sed nihil

---

9. iubenis d | demersus omno d | zosum (cf. H. Roensch It. et Vulg. p. 457 = diosum, deorsum | usquae d. 12. salutantes aute os d | iubenem d.

14. adsupto d. 15. postridie (cf. gr.) em., pridie d. 16. morandi quies (cf. gr.) em., morandi quis d.

18. esset d. 19. humilitati sensui d | ad iudaeis d. 20. que utilia d | iudaeisquae et graecisquae d. 23. quamquam (πλὴν ὅτι) em., tamquam d | spiritum sanctum = τὸ ἅγιον πνεῦμα | manen d.

horum cura est mihi, neque habeo ipsam animam curam mihi, quam consummare cursum meum et ministerium uerbi, quod accepi a domino Ihesu, testificari Iudaeis et Graecis euangelium gratiae dei. 25 et nunc ecce ego scio quia non uidebitis faciem meam uos omnes, inter quos perambulaui praedicans illud regnum Ihesu. 26 propter quod hodierno die mundus sum a sanguine omnium. 27 non enim substraxi ut non adnuntiem omnem uolumptatem dei uobis. 28 attendite uobis et omni gregi, in uobis spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam domini, quam adquisiuit sibi per sanguinem suum. 29 ego scio quia introibunt post discessum meum lupi graues in uos non parcentes gregi. 30 et ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes peruersa, ut abstrahant discipulos post se ipsos. 31 propter quod uigilate, memores estote quia triennio nocte ac die * non cessaui cum lacrimis monens unumquemque uestrum. 32 et nunc commendo uos, fratres, deo et uerbo gratiae eius, qui potest aedificare uos et dare hereditatem in sanctificatis omnibus. 33 argentum et aurum aut uestimentum nullius uestrum concupiui. 34 ipsi scitis quia necessitatibus meis et his qui sunt mecum ministrauerunt manus istae. 35 omnia ostendi uobis, quia sic laborantes oportet adsumere infirmos, meminisse quoque uerborum domini Hiesu, quoniam ipse dixit: Beatum est magis dare cuam accipere.“ 36 Et haec dicens positis genibus suis cum omnibus illis orauit. 37 magnus autem luctus factus est omnium, et incumbentes super collum Pauli osculabantur eum 38 dolentes maxime in uerbo quod dixerat, quoniam non amplius faciem eius uidebunt. deducebant autem eum ad nauem.

XXI. 1 Cum autem factum esset ut nauigaremus, abstracti ab ipsis recto cursu uenimus in Co, sequenti autem die Rodum et inde in Patara. 2 et inuenientes nauem transfretantem in Poenicen * ascendentes nauigauimus. 3 uidentes autem Cyprum et relinquentes eas a sinistro collauimus in Syriam, enauigauimus in Tyro. ibi enim erat nauis expostura onus. 4 et inuentis discipulis mansimus apud eos dies septem. quidam autem Paulo dicebant per spiritum non ingredi Hierosolyma. 5 sequenti autem die exeuntes ambula-

---

24. et crecis d. 25. uidebitis (cf. gr.) em., uidebis d | uos omnis d. 28. uobis (cf. gr.) em., uos d | adquisibit d | sanquinem d. 29. pos d. 31. nocte ac die. inde ab his uerbis usque ad XXI. 2 (ascendentes nauigauimus) deficit d. suppleui ex e. | uestram e. 34. qui sun mecum e. 35. uobis (cf. gr.) em., nouis e. 36. cum nibus e. 37. osulabantur e.

XXI. 2. transfretantem (cf. gig.) em., transfraetaret e | ascendentes nauigauimus. inde ab his uerbis usque XXI. 7 (aput eos) d seruatus est. 5. ambulauimus (cf. gr.)

uimus uiam nostram deducentibus omnibus nos cum uxoribus et filiis extra ciuitatem, et positis genibus in litore orauimus. 6 et cum salutassemus inuicem ⟨ascendimus in nauem⟩, reuersi uero quisque ad sua. 7 nos autem nauigatione expedita a Tyro uenimus Ptolemaidem et ⟨ut⟩ salutauimus fratres ⟨mansimus diem u⟩num aput eos.

8 * Sequenti autem die profecti uenimus in Caesaream et intrantes in domum Filippi euangelistae, qui erat de septem, mansimus apud eum. 9 huic autem erant filiae uirgines quattuor profetantes. 10 spectantibus autem nobis dies plurimos descendit quidam ab Iudaea * profeta nomine Agabus. 11 cum uenisset ad nos et tulisset zonam Pauli ligauit suos pedes et manus et dixit: „Haec dicit spiritus sanctus: „Eum uirum, cuius est zona haec, sic ligabunt ⟨in⟩ Hierusalem Iudaei et tradent in manus gentium." 12 ut uero audiuimus haec, depraecabamur nos et incolae loci illius Paulum, ut non ascenderet Hierusalem. 13 respondit autem ad nos Paulus: „Quid facitis plorantes et conturbantes meum cor? ego enim non solum ligari uolo, sed et mori in Hierusalem propositum habeo propter nomen domini Christi Ihesu." 14 cum non suaderetur ei, quieuimus dicentes ad inuicem: „Uoluntas domini fiat."

15 Post hos autem dies refecimus nos et ascendimus Hierosolyma. 16 ⟨conuenerunt autem et ex discipulis⟩ de Caesarea nobiscum simulque adduxerunt nos, apud quem ospitemur. et cum uenerunt in quandam ciuitatem, fuimus ad Nasonem quendam Cyprium discipulum antiquum. 17 et inde exeuntes uenimus Hierosolyma. susceperunt autem nos cum laetitia fratres. 18 sequenti autem die introiuit Paulus nobiscum ad Iacobum. erant autem cum eo presbyteri conuenti. 19 cum salutasset eos narrabat per singula quae fecit deus in gentibus per ministerium eius. 20 ad illi cum audissent clarificauerunt dominum dicentes: „Uides, frater, quanta milia sint in Iudaea qui crediderunt, et omnes isti hemulatores legis sunt, 21 diffamauerunt autem de te, quia abscessionem doces

---

em., ambulamus d. 6. Scrivener: „nauem [πλοῖον ut uidetur graece] elot. sub 'inuicem' p. m., unde fluxit error linearum." similia in cod. D Luc. XIX. 47. XX, 1. suppleui ex e et gig. 7. ⟨ut⟩ addidi, om. d | mansibus diem unum d, cf. gig. 8—10. 'fequenti autem die — quidam ab Iudaea' deficientia in d suppleui ex e. 10. spectantius e. 11. ⟨in⟩ (cf. gr.) addidi, om. d. 12. ut (cf. gr.) em., et d.

16. 'conuenerunt autem et ex discipulis' suppl. ex e (cf. gig.), om. d | simul quae d | quendam ciuitatem d. 18. introibit d | iacobum. d[f] add. omnes. 21. quia abscessionem (cf. gr.) em., qui abscensionem d | doces (cf. gr.) em., docens d |

a Moysen qui in gentibus sunt Iudaeos, ne circumcidant filios neque gentes eius ambulent. 22 quid ergo est? utique oportet multitudinem conuenire. audient enim quia uenisti. 23 hoc ergo fac quod tibi dicimus. sunt nobis uiri quattuor uotum habentes super se. 24 hos adsume ⟨et⟩ purifica te cum illis et eroga in eos ut radant caput, et cognoscant omnes quia quae audierunt de te nihil est, sed ambulas ipse custodiens legem. 25 de illis uero qui crediderunt gentibus nihil habent quod dicere in te. nos enim scripsimus iudicantes nihil tale obseruare eos nisi custodirent se a sacrificato et sanguine et fornicatione." 26 tunc Paulus adsumpsit uiros ⟨et⟩ sequenti die cum ipsis purificatus introiuit in templum adnuntians expeditionem dierum purificationis, donec oblata est pro unoquoque eorum oblatio.

27 Cum repleretur autem eis septimus dies, qui ab Asia erant Iudaei uenerant uidentes eum in templo confuderunt omnem turbam 28 et miserunt super eum manus clamantes: „Uiri Istrahelitae, adiuuate. hic est homo qui aduersus populum et legem et locum hunc omnes ubique docet. insuper et Graecos introduxit in templum et communicauit sanctum locum hunc." 29 erant autem prouidentes Trophimum [et] Ephesium in ciuitate cum eo, quem putauerunt quia in templum induxit Paulus. 30 et commota est ciuitas tota, et facta est concursio populi. et cum adprehendissent Paulum trahebant extra templum, et continuo clusae sunt ianuae. 31 et cum quaererent eum occidere nuntiatum est tribuno cohortis, quod tota confusa est [in] Hierusalem. 32 qui statim sumptis militibus et centurionibus procucurrit ad eos. ad illi cum uidissent tribunum et milites cessauerunt percutientes Paulum. 33 tunc cum adpropinquasset tribunus conprachendit eum et iussit ligari catenis duabus et interrogabat quis sit et quid fecisset. 34 alii autem aliud clamabant in turba. et cum non possit scire quod certum est propter tumultum, iussit adduci eum in castra. 35 cum autem adhuc esset in graduus, obtigit Paulum baiulari a militibus propter uim populi. 36 sequebatur enim multitudo clamans: „Tollite eum."

37 Et cum iam induceretur in castris tribuno respondens dixit: „Si licet mihi loqui at te?" ad ille ait: „Grece nosti!

---

21. circumcidat d | ambulant d. 23. digimus d. 24. ⟨et⟩ (cf. gig.) suppleui, om. d | ambulans d. 26. ⟨et⟩ suppleui | introibit d.

27. repleretur (cf. gig.) em., repletur d. 29. 'et' abundare uidetur. 31. 'in' abundare uidetur.

38 nonne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies sollicitasti et eduxisti in eremum quattuor milia uirorum sicariorum?“ 39 dixit autem Paulus: „Ego homo quidem sum Iudaeus Tarsensis, [ex] Ciliciae non ignotae ciuitatis ciuis, rogo, obsecro autem mihi loqui ad populum.“ 40 et cum permisisset ei tribunus, stans Paulus in gradibus et mouit manum ad eos, magnoque silentio facto adlocutus est hebreica lingua dicens:

XXII. 1 „Uiri fratres et patres, audite me. nunc aput uos reddo rationem.“ 2 cum audissent autem quia hebreica lingua adloquitur, * magis praestiterunt silentium. et ait: 3 „Ego sum uir Iudaeus natus in Tarso Ciliciae, enutritus autem in ciuitate ista, ante pedes Gamalihel eruditus certissime paternae legis, aemulator existens dei, sicut omnes uos estis hodie. 4 qui hanc uiam persecutus sum usque ad mortem, alligans et tradens in custodias uiros quoque ac mulieres, 5 sicut et princeps sacerdotum testimonium mihi reddit et totum seniorium, a quibus et epistulas accipiens ad fratres in Damascum pergebam adducere ⟨et ibi⟩ constitutos in Hierusalem uti punirentur. 6 factum est autem eunti et adpropinquanti Damasco circa mediam diem repente de caelo circumfulsit lux copiosa circum me, 7 cadensque in terram audiui uocem dicentem mihi: „Saule, Saule, quid me ⟨persequeris⟩? durum tibi contra stimulum calcitrare.“ 8 ego autem respondi: „Quis es, domine?“ dixitque ad me: „Ego sum Hiesus Nazoraeus, quem tu persequeris.“ 9 qui autem mecum erant lumen quidem uiderunt et intimorati facti sunt, uocem autem non audierunt eius qui loquebatur mihi. 10 dixi autem: „Quid faciam, domine?“ dominus autem dixit ad me: „Surgens uade in Damascum, et ibi dicetur tibi de omnibus, * quae te oportet facere.“ 11 ut autem surrexi, non uidebam a claritate lucis illius. et ad manum deductus ⟨ab eis⟩ qui mecum erant ueni in Damascum. 12 Ananias quidam uir timoratus secundum legem et testimonio ab omnibus Iudaeis 13 cum uenisset ad me dixit mihi: „Saule, Saule frater, aspice“, et ego ipsa hora aspexi. 14 et dixit mihi: „Deus patrum nostrorum praeordinauit te, ut cognosceres uoluntatem eius, et uidere iustum

38. anti d. 39. ‘ex’ abundare uidetur | ciuis (cf. gig.) em., cuius d | obsegro d. XXII. 2. adloquitur. inde ab hoc uerbo usque ad XXII, 10 (quae te oportet facere) deficit d. suppleui ex e, omisso praecedente: eis. 3. aemulator (cf. gr.) em., aemulor e. 5. princeps (cf. gr.) em., principes e | totum seniorium (cf. gr.) em., totam seniorum e | ⟨et ibi⟩ (cf. gr.) suppleui, om. e | constitutis e. 6. adpropinquante e | media diem e. 7. ⟨persequeris⟩ (cf. gr. et gig.) suppl., om. e | stimulans e. 11. quae te. inde ab his uerbis usque ad XXII, 20 (et consentiens) seruatus est d. 12. surrexi d^2, surrexit d^1 | ⟨ab eis⟩ (cf. gr.e et gig.) suppl., om. d. 13. dix mihi d | aspi e d. 14. cognosceris d.

et audire uocem ex ore eius. 15 qui eris testis eius aput omnes homines eorum quae uidisti et audisti. 16 et nunc quid expectas? surge, baptizare et ablue peccata tua inuocans nomen eius." 17 factum est autem mihi reuerso Hierusalem, orante me in templo fieri me in soporem. 18 et uidi eum dicentem mihi: „Festina et exi cito de Hierusalem, quia non recipient testimonium meum." 19 et dixi: „Domine, ipsi sciunt quia ego eram in carcere includens et caedens per synagogas eos qui credebant in te. 20 et cum effunderetur sanguis Stephani martyris, ego eram adsistens et consentiens * et custodiens uestimenta interficientium eum. 21 et dixit ad me: „Uade, quia ego in nationes longe mittam te."

22 Audiebant autem eo usque in hoc uerbo et eleuauerunt uocem suam dicentes: „Tolle de terra talem, nec enim fas eum uiuere.

23 Uociferantium autem eorum et proicientium uestimenta sua et puluerem mittentium in aëra, 24 iussit tribunus induci eum in castra dicens fragellis torqueri eum, ut sciret, propter quam causam sic exclamarent ei. 25 cum autem extendissent eum loris, dixit ad stantem centurionem Paulus: „Si hominem Romanum et incondemnatum licet uobis fragellare?" 26 audiens autem centurio cum accessit tribuno nuntiauit dicens: „Quid acturus es facere? hic enim homo Romanus est." 27 accedens autem tribunus dixit ei: „Dic mihi: tu Romanus es?" ad ille ait: „Etiam." 28 respondit autem tribunus: „Ego multa summa pecuniae ciuitatem hanc consecutus sum." Paulus autem ait: „Ego autem et natus sum." 29 protinus ergo discesserunt ab ipso qui incipiebant eum torquere, et tribunus autem timuit comperto quia ciuis Romanus est, quoniam eum alligasset.

30 Postera autem die uolens scire certius, quidnam accusaretur ab Iudaeis, soluit eum et iussit conuenire principes sacerdotum et omne concilium et producens Paulum statuit inter eos. XXIII. 1 adtendens autem concilio Paulus dixit: „Uiri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum deo usque hanc diem." 2 pontifex autem Ananias praecepit adstantibus ei percutere eius os. 3 tunc Paulus ad eum dixit: „Percutere te incipiet deus,

20. sanguí d | adsistans d | consentiens, ultima uox in d. sequentia usque ad XXIII. 8 (farisaei autem) suppleui ex e. 21. mittan e.

22. elebaberunt e | uiuire e.

26. centuri e | nuntiabit e | quí acturus es e. 28. ciuitatem (cf. gr.) em., ciuem e. 29. ciues e.

30. omnem e.

paries dealbate. et tu sedes iudicans me secundum legem et extra legem iubes me percuti." [4] qui autem circum dixerunt: „Principem sacerdotum dei maledicis." [5] ait autem Paulus: „Nesciebam, fratres, quia est princeps sacerdotum. scribtum est enim: Principem populi tui non dixeris male." [6] sciens autem Paulus, quia una pars est Sadducaeorum et altera pars Farisaeorum, clamauit in concilio: „Uiri fratres, ego Farisaeus sum filius Farisaei, de spe et de resurrectione mortuorum ego iudicor." [7] hoc autem eo dicente facta est seditio inter Sadducaeos et Farisaeos, et soluta est multitudo. [8] Sadducaei enim dicunt non esse resurrectionem neque angelum neque spiritum, Farisaei autem confitentur utraque. [9] factus est autem clamor magnus, et surgentes quidam Farisaeorum litigabant dicentes: „Nihil malum inuenimus in homine isto. si autem spiritus locutus est ei aut angelus?" [10] magna autem facta seditione timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis iussit exercitum descendens rapere eum de medio eorum et reducere in castra.

Ex. 22. 27.

Flor. XXIII. [8] . . . confitentur esse resurrectionem et angelum atque spiritum. [9] et cum clamor ortus esset inter eos diuisi sunt. et quidam de scribis ex parte Pharisaeorum contradicebant dicentes: „Quid autem mali in hoc homine inuenimus, si spiritus locutus est ad eum uel angelus?" [10] et cum esset inter illos magna dissensio, timens tribunus ne carperetur ab eis Paulus, iussit numerum uenire et rapere eum de medio ipsorum et adducere in castra.

[11] Sequenti autem nocte adsistens ei dominus ait: „Confide. sicut enim testificatus es de me in Hierosolyma, sic te oportet et Romae testificari." [12] facta autem die facta collectione Iudaei deuouerunt semet ipsos dicentes neque manducare neque bibere, donec occiderent Paulum. [13] erant autem plus quam

[11] Sequenti autem nocte adstitit ei dominus et ait: „Bono animo esto, Paule. quomodo enim testimonium perhibebas Hierosolymis, ita oportet ⟨te⟩ et Romae testimonium dicere." [12] et cum dies factus est, congregauerunt se quidam ex Iudeis et deuouerunt se dicentes neque edere neque bibere, donec occiderent

XXIII. 3. iudicas e. 5. principes e. 9. aut (cf. gr.) em., ut e.
11. collectionem e. 12. ne manducare e.

9. atque (cf. sah.) scripsi, neque Belsh. et Berger. | de scribis et parte fl. | si spiritus (cf. gr.) em., ssipspus fl.
11. ⟨te⟩ (cf. gr.) suppleui, om. fl. 12. nequae uiuere fl.

quadraginta, qui hanc coniurationem fecissent. 14 qui cum accesserunt ad principes sacerdotum et seniores dixerunt: „Deuotione deuouimus nos ipsos nihil gustare, donec occidamus Paulum. 15 nunc ergo uos notum facite tribuno cum concilio, ut deducat eum ad uos tamquam aliquid cognituros certius de eo. nos autem, priusquam adpropiet eum, parati sumus interficere illum.“ 16 audiens autem filius sororis Pauli de insidiis adueniens et ingressus in castra nuntiauit Paulo. 17 aduocans autem Paulus unum ex centurionibus ait: „Adulescentem hunc perduc ad tribunum. habet enim indicare aliquid illi.“ 18 ille autem adsumens eum eduxit ad tribunum et ait: „Uinctus Paulus aduocans me rogauit hunc adulescentem perducere ad te habentem aliquid loqui tibi.“ 19 adprehendens autem manum eius tribunus et secedens in parte interrogabat: „Quod est quod habes indicare mihi?“ 20 dixit autem quia „Iudaei constituerunt rogare te, ut crastena die Paulum deducas in concilium, quasi uolens certius inquirere de eo. 21 tu uero ne credideris illis. insidiantur enim illum ex eis Paulum. 13 erant autem plus XL, qui se deuouerant. 14 accesserunt itaque ad sacerdotes et maiores natu et dixerunt: „Deuouimus nos, ne quid gustemus in totum, donec occidamus Paulum. 15 nunc itaque rogamus, uti hoc nobis praestetis: congregate concilium et petite a tribuno, ut deducat eum ad uos, tamquam certius aliquid inquisituri de eo. nos autem parati erimus ad interficiendum eum, licet oporteat adeo nos mori.“ 16 sed cum audiuisset iuuenis filius sororis Pauli conuentionem eorum uenit in castra et intrauit ad Paulum et indicauit ei. 17 et uocauit Paulus unum ex centurionibus et dixit ei: „Iuuenem istum duc ad tribunum. habet enim quod illi indicet.“ 18 qui confestim adduxit iuuenem ad tribunum dicens: „Uinctus me Paulus uocauit me rogans uti istum perducerem ad te, quia habet quod indicet tibi.“ 19 adprehensa autem manu eius tribunus ante homines et secessit cum eo et inquirebat ab eo, quid esset quod haberet illi dicere. 20 qui ait: „Iudaeis conuenit ut rogent te, crastina die ut deducas Paulum in concilium tamquam uolentes

14. gustari e. 16. aduens e. 17. hunc (cf. gr.) em., nunc e | perduci e. 18. uictus e. 20. consilium e.

13. erat fl. 14. deuobimus fl. 15 deducant fl. | adeo (καὶ) em., ad fl., uel dele ad. 16. in castra (cf. gr.) em., extra fl. 18. uictus fl. 19. manu[i] fl. | ‘ante homines et’ solus fl. 20. Iudaeis conuenit ut rogent te (cf. gr.) em., iudaeis conue . . . . . roget te fl. | Paulum (cf. gr.) em., laulum fl.

uiri plus quadraginta, qui deuouerunt se ipsos non manducare neque bibere, donec interficiant eum. et nunc sunt parati expectantesque a te repromissionem.“ 22 igitur tribunus dimisit adulescentem praecipiens, nemini loqueretur, „quia haec nota fecisti ad me.“ 23 et aduocans duo quosdam de centurionibus dixit: „Parate milites ducentos, ut eant usque ad Caesaream, et equites septuaginta et lanciarios ducentos a tertia hora noctis.“ 24 iumenta quoque praeparare, ut inponentes Paulum saluum perducerent ad Felicem praesidem, 25 scribens epistulam habentem formam hanc: 26 „Claudius Lysias optimo praesidi Felici salutem. 27 uirum istum conprae-

certius ab eo aliquid inquirere. 21 illis igitur tu ne suadearis. sunt enim ex eis plus hominibus XL parati, qui eum interficiant, qui et deuouerunt se nullam rem gustaturos, quoadusque hoc agant. et nunc parati sunt sperantes pollicitationem tuam.“ 22 et tribunus quidem iuuenem illum dimisit praecipiens, ne quis sciret quod sibi nuntiasset. 23 et uocauit duos ex centurionibus et dixit: „Praeparate milites, qui eant usque in Caesarea, equites centum et pedites ducentos.“ et ab hora noctis tertia imperauit ut parati essent ad eundum. 24 et centurionibus praecepit, uti iumenta praepararent et imponerent Paulum et deducerent per noc . . .

hensum ab Iudaeis et incipientem occidi ab eis superueniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus est. 28 uolens autem scire causam, de qua obiciebant, deduxi eum in concilium eorum. 29 quem inueni accusari de quaestionibus legis ipsorum, nihil uero dignum morte aut uinculis crimen habentem. 30 indicatis autem mihi de insidiis in uirum esse ex ipsis misi ad te, demandans et accusatoribus eius dicere ad eum apud te. uale.“

31 Milites ergo secundum praeceptum illis susceptum Paulum duxerunt per noctem in Antipatridem. 32 et postera die relictis equitibus ire cum eo reuersi sunt in castra. 33 qui cum uenissent in Caesaream et reddentes epistulam praesidi statuerunt ei (et Paulum). 34 cum legisset autem et interrogauit, de qua prouincia esset, et cognoscens quoniam ex Cilicia: „Audiam te“, ait, „cum et accusatores tui aduenerint“, iubens in praetorio Herodis custodiri eum.

---

21. neque uiuere e | expectantes quae a te fl. 24. praeparare (cf. gr.) em., praeparate e. 25. timuit—acciperet ex gig., om. e | scripsit autem gig., scribens (om. antecedentibus) e. 27. incipientes. 28. uolentes e. 30. dicere (cf. gr.) em , dicare e. 33. (et Paulum) (cf. gr.) suppl. e gig., om. e. 34. legissent e | praetori e.

---

20. inquire e. 21. tu e suadaris fl. 23. tertiam fl. | imperat fl. | inponeret fl.

XXIV. [1] Post autem quinque dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam et oratore Tertyllo quodam, qui insinuauerunt praesidem aduersus Paulum. [2] uocato autem eo coepit accusare Tertyllus dicens: [3] „Cum multa pace habitantes per te et correctionum fientium genti huic per tuam prouidentiam semperque et ubique excipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione. [4] ut autem ne diutius te protraham, rogo te audire nos breuiter tuae clementiae. [5] inuenientes enim uirum hunc pestem et concitantem seditiones omnibus Iudaeis qui per orbem sunt, auctorem autem Nazorenorum sectae, [6] qui et templum conatus est inquinare, quem et conpraehendimus et secundum nostram legem uoluimus iudicare. [7] transiens autem Lysias tribunus cum multa ui de manibus nostris eduxit, [8] iubens accusatores eius uenire ante te, quo possis ipse iudicans de omnibus istis cognoscere quibus nos accusamus eum.“ [9] adiecerunt autem et Iudaei dicentes hae ita habere.

[10] Respondit autem Paulus adnuenti sibi praesidi dicere: „Ex multis annis esse te iudicem iustum genti huic sciens longanimiter pro me ipso satisfaciam, [11] potente te cognoscere quia non plus sunt mihi dies duodecim, ex quo ascendi adorare in Hierusalem. [12] et neque in templo inuenerunt me ad aliquem disputantem aut concursum facientem turbae neque in synagogis neque circa ciuitatem. [13] neque probare possunt tibi de quibus nunc accusant me. [14] confiteor autem hoc tibi, quod secundum uiam quam dicunt heresin sic deseruio patrio deo, credens omnibus quae in lege et in profetis scribta sunt, [15] spem habens in deum, quam et ipsi hi expectant, resurrectionem futuram esse mortuorum, iustorumque et iniquorum. [16] in hoc et ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere semper apud deum et apud homines. [17] post annos autem plures eleemosynas facturus in gente mea et oblationes adueni, [18] in quibus inuenerunt me purificatum in templo non cum turba neque cum tumultu. quidam autem ex Asia Iudaei, [19] quos oportebat apud te adesse et accusare, si quid haberent ad me, [20] aut hi ipsi dicant, quid inuenerunt in me iniquum stante me in concilio, [21] nisi de una uoce hac quam clamaui inter eos stans, quia de resurrectione mortuorum ego iudicor odie a uobis.“

XXIV. 1. principes e. 2. correctionem e. 3. cum ni e. 4. diustius e | protranam e | brebiter e. 6. conatas e. 8. accusamus eo e.

10. autem e. 12. aut concursum (cf. gr.) em., ad concursum e. 13. prouare e | qibus e. 14. heresis e | scrbta e | stantem e. 21. a bobis e.

22 Distulit autem illos Felix certissime sciens de uia, dicens
quia „cum Lysias tribunus descenderit, audiam quae ad uos.“
23 iussitque centurioni custodire eum, habere tamen requiem et
neminem prohibere de suis ministrari illi.

24 Post autem aliquod dies adueniens Felix cum Drusilla
uxore sua, quae erat Iudaea, uocauit Paulum et audiuit eum,
quae est in Christum Hiesum fides. 25 disputante autem illo de
iustitia et castitate et iudicio futuro exterritus factus Felix re-
spondit: „Quod nunc adtinet uade, tempore autem oportuno ac-
cersiam te“, 26 simul et sperans quia pecunia detur ei a Paulo.
propter quod et frequenter eum accersiens loquebatur cum eo.
27 biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum.
uolens autem gratiam praestare Iudaeis Felix reliquid Paulum
uinctum.

XXV. 1 Festus ergo cum uenisset in prouincia postriduum
ascendit in Hierosolyma a Caesarea. 2 manifestauerant autem
ei principes sacerdotum et priores Iudaeorum aduersus Paulum
et rogabant eum 3 postulantes gratiam aduersus eum, ut accerseret
eum in Hierusalem, insidias facientes, ut interficerent eum in uia.
4 Festus igitur respondit: seruari Paulum in Caesarea, se autem
maturius profecturum. 5 „Qui ergo in uobis,“ ait, „potentes sunt
descendentes, si quod est in uiro inlicitum, accusent eum.“ 6 demo-
ratus autem inter eos dies non amplius octo aut decem descendens in
Caesaream in crastinum sedens pro tribunali iussit Paulum adduci.
7 adueniente autem eo circumsteterunt eum qui ab Hierosolyma
descenderant Iudaei multas et graues causas obicientes Paulo, quas
non uincebant probare. 8 Paulo autem rationem reddente, quo-
niam „neque in legem Iudaeorum neque in Caesarem quidquam
peccaui.“ 9 Festus autem uolens Iudaeis gratiam praestare re-
spondens Paulo dixit: „Uis in Hierosolyma ascendens ibi de his
iudicari apud me?“ 10 dixit autem Paulus: „Ad tribunal Caesaris
stans sum, ubi me oportet iudicari. Iudaeos non nocui, sicut et tu
melius cognoscis. 11 si quidem nocui aut dignum morte feci
aliquid, non recuso mori: si uero nihil est eorum quae isti accu-
sant me, nemo me potest illis donare. Caesarem inuoco.“ 12 tunc
Festus conlocutus cum consilio respondit; „Caesarem inuocasti, ad
Caesarem ibis.“

---

22. lysias tribus e. 24. quaest in e. 25. accersiam te (cf. gr. et gig.) em., accersiantem e.
XXV. 2. progabant e. 5. qui erergo e. 7. grabes e. 8. ratione e | peccabi e.

13 Diebus autem transactis aliquod Agrippa rex et Ueronice demorati sunt in Caesaream ⟨ad⟩ salutandum Festum. 14 cum autem plures dies demorarentur ibi, Festus regi indicauit de Paulo dicens: „Uir quidam est derelictus a Felice uinctus, 15 de quo cum fuissem in Hierosolyma adierunt ⟨me⟩ principes sacerdotum et seniores Iudaeorum postulantes aduersus eum iudicium, 16 ad quos respondi quia „non est consuetudo Romanis donare aliquem hominem priusquam qui accusatur praesentes habeat accusatores et locum excusationis accipiat de crimine. 17 conuenientium enim eorum in praesente sine ulla dilatione faciens sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci uirum. 18 de quo stantes accusatores nullam culpam deferebant, de quibus suspicabar ego malis, 19 quaestiones uero quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum et de quodam Hiesu defuncto, quem adfirmabat Paulus uiuere. 20 aesitans autem ego de huiusmodi quaestione dicebam, si uellet ire Hierosolyma et ibi iudicari de istis. 21 Paulo autem appellante seruari eum, in Sebasti cognitionem iussi seruari eum, donec remittam eum ad Caesarem.“ 22 Agrippa autem ad Festum dixit: „Uolebam et ipse hominem audire.“ ad ille: „Cras“, inquid, „audies eum.“

23 Crastina uero ueniente Agrippa et Ueronice cum multa ambitione et introissent in auditorium cum tribunis et uiris principalibus constitutis ciuitatis et iubente Festo adductus est Paulus. 24 et ait Festus: „Agrippa rex et omnes qui simul adestis nobiscum uiri, uidetis hunc, de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellauerunt mihi Hierosolymis exclamantes non oportere eum uiuere amplius. 25 ego autem compertus nihil dignum eum morte egisse, ipso autem hoc inuocante Augustum iudicaui mittere eum. 26 de quo ⟨quid certum⟩ scribam domino non habeo. propter quod produxi eum coram uos et maxime ante te, rex Agrippa, ut interrogagatione facta habeam quid scribam. 27 sine ratione enim mihi uidetur mittere uinctum et eas quae aduersus eum sunt culpas non significare“.

XXVI. 1 Agrippa autem ad Paulum ait: „Permittitur tibi de te ipso loqui.“ tunc Paulus extensa manu rationem reddebat: 2 „De omnibus de quibus accusor a Iudaeis, rex Agrippa, aestimo me ipsum beatum apud te incipiens rationem reddere hodie, 3 maxime scientiam habenti omnium quae apud Iudaeos sunt con-

---

13. ⟨ad⟩ (cf. gig.) suppleui, om. e. 14. paul e. 15. ⟨me⟩ (cf. gig.) suppleui, om. e. 19. suas e.

23. introinsent e. 24. nouiscum e. 26. ⟨quid certum⟩ (cf. gig.) suppleui, om. e. XXVI. 1. perimittitur e.

suetudinesque et quaestiones. propter quod obsecro patienter audire me. [4] et quidem uitam meam ab initio iuuentutis factam in gente mea in Hierosolymis nouerunt omnes Iudaei, [5] praescientes me ab initio, si uelint testimonium perhibere, quia secundum certissimam sectam nostrae religionis uixi Farisaeus, [6] et nunc in spe quae ad patres nostros repromissio facta est a deo sto iudicandus. [7] in quam duodecim tribus nostrae ex tenecitate nocte· ac die deseruiens sperat deuenire, de qua spe accusor ab Iudaeis, rex. [8] quid incredibile iudicatur apud uos, si deus mortuos suscitat? [9] ego quidem existimaui me ipsum aduersus nomen Hiesu Nazoraei debere multa contraria agere. [10] quod et feci in Hierosolymis et multos sanctorum ego in carceribus conclusi, a principibus sacerdotum potestate accepta, cum occiderentur autem detuli sententiam. [11] et per omnes synagogas frequenter puniens eos compellebam blasfemare, amplius autem insaniens eos persequebar usque et inter exteras ciuitates. [12] in quibus introiens in Damascum cum postestate et permissione principum sacerdotum [13] die media per uiam uidi, rex, de caelo super splendorem solis circumfulsisse me lumen et eos qui mecum ambulabant. [14] omnibusque procidentibus nobis in terram audiui uocem loquentem ad me hebraica lingua: „Saule, Saule, quid me persequeris? durum tibi est contra stimulum calcitrare.“ [15] ego autem dixi: „Quis es, domine?“ dominus autem dixit ad me: „Ego sum Hiesus, quem tu persequeris. [16] sed exsurge et sta super pedes tuos. ad hoc enim apparui tibi, constituere te ministrum et testem eorum quae uidisti et eorum quibus apparebo tibi, [17] eripiens te de populo et gentibus, ad quos ego mitto te, [18] aperire oculos caecorum, ut conuertantur de tenebris in lucem et de potestate Satanae ad deum, ut accipiant eis remissionem peccatorum et sortem inter sanctos omnes fide quae est in mece. [19] unde, rex Agrippa, non fui incredulus caelesti uisioni, [20] sed eis qui sunt in Damasco primum et his qui in Hierosolymis, in omnem quidem regio- Flor. XXVI. [20] . . . . ciuitatibus praedicaui penitere et reuerti ad dominum digna opera

4. factum e. 6. iudicandus (κρινόμενος) em., iudican e. 8. incrediuile e | apud bos e. 9. debere em., deue e. 10 occiderentur (cf. gr.) em., occiderent e. 11. et per (cf. gig.) em., et super e. 12. in quibuibus e. 18. luce e | ut accipiant (cf. gr. et gig.) em., et accipiant e. 19. caelisti uisioni e.

20. ciuitatibus = τοῖς ἔθνεσιν, cf. XVI, 1 gig. | peniteri fl.

nem Iudaeae et gentibus adnuntiabam paenitentiam agere et reuerti ad deum digna quoque paenitentiae opera facientes. 21 propter haec Iudaei me conprehendentes cum essem in templo temptabant interficere. 22 auxilio quoque nanctus quae a deo usque in hunc diem sto testificans minori et maiori nihil extra dicens ea quae profetae locuti sunt futura esse et Moses, 23 si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum lumen incipiet adnuntiari populo et gentibus."

24 Haec autem loquente eo et respondente Festus magna uoce ait: „Insanis, Paule, multae te litterae ad insaniam conuertunt." 25 Paulus autem: „Non insanio", inquid, „optime Feste, sed ueritatis et sobrietatis uerba mitto. 26 scit enim de istis rex, apud quem etiam fiducialiter loquor. latere enim eum aliquid horum non conicio. nihil autem est in angulo gestum hoc. 27 credis, rex Agrippa, profetis? scio quia credis." 28 Agrippa autem ad Paulum ait: „In modico me suadis Christianum fieri." 29 Paupenitentiae agentes. 21 horum causa me Iudaei cum essem in templo conpraehenderunt et necare conati sunt. 22 cum ergo auxilium dei sit mecum, sto indicans maiori ac minori nihil amplius dicens eis quae profetae dixerunt futura esse. scriptum est enim in Moysen, 23 si passibilis Christus ex resurrectione mortuorum lux annuntiabitur plebi et gentibus."

24 Et cum haec loqueretur, orauit et clamauit Festus et dixit: „Insanisti, Paule, insanisti, multae te literae in insaniam conuerterunt." 25 qui respondit ei: „Non insanio, optime legate, sed ueritatis et sapientiae uerba emitto. 26 scit autem de istis rex, apud quem loquor. nihil enim horum eum latet. 27 credis, rex Agrippa, profetis? scio quia credis." 28 Agrippa ad eum ait: „Modico suades mihi, Paule, Christianum fieri." 29 ad quem sic ait: „Orarem deum, et in modico et in magno non

20. iudaeae et (cf. gr. et gig.) em., iudaea et e. inde ab his uerbis usque ad XXVII. 12 (et sublegebamus) addidi fl. 22. quae a deo (τῆς ἀπὸ θεοῦ) em., quae deo e.

26. later enim e | aliquid orum e | conicior e. 29. Paulus autem. inde ab his uerbis usque ad XXVIII. 29 (dicens) deficit e, suppleui e gig., usque ad XXVII, 12,

21. negare fl. 22. ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης om. fl. | sto (cf. gr.) em., esto fl. 23. εἰ πρῶτος om. fl. | annuntiabit fl.

24. multe fl 26. later enim e. 27. fieri (cf. e et gig.) scripsi, facere Berg., litteras dubias edens. sed cf. v. 29 fieri.

lus autem: * „Opto apud deum et in modico et in magno non solum te, sed et omnes, qui me audiunt hodie, fieri tales qualis ego sum, exceptis uinculis his.“ 30 et surrexit rex et legatus et Beronice et qui sedebant cum eis, 31 et ⟨cum⟩ secederent loquebantur inter se dicentes, quia „nihil dignum morte aut uinculis homines isti faciunt.“ 32 Agrippa autem Festo dixit: „Dimitti potuit hic homo, si non appellasset Caesarem.“

XXVII. 1 Ut autem iudicatum est mitti nos in Italiam, uocauit centurionem cohortis Italiae nomine Iulium et assignauit ei Paulum cum reliquis custodiis. 2 incipientes autem nauigare in Italiam intrauimus nauem Adrummitinam, quae in locis Asiae nauigatura erat. nauigabat autem nobiscum Aristarchus Macedo Thessalonicensis. 3 et altera die deuenimus Sidonem, et humane agens Iulius centurio cum Paulo permisit ei ire ad amicos et curam sui habere. 4 et inde profecti praeternauigauimus Cyprum, quia uenti contrarii erant. 5 et cum pernauigassemus mare, quod secundum Ciliciam est et Pamphiliam, deuenimus Lystram, solum te, sed et istos qui me audiunt omnes fieri tales, qualis ego sum, exceptis uinculis istis.“ 30 et cum haec dixisset, exurrexit rex et legatus et omnes assedentes eis. 31 et secesserunt praefantes inter se de eo dicentes: „Nihil morte dignum uel uinculorum homo iste fecit.“ 32 respondit autem rex Agrippa: „Dimitti poterat homo iste, si non appellauit Caesarem.“

XXVII. 1 Et ita legatus mitti eum Caesari (iudicauit). et in crastinum uocauit centurionem quendam nomine Iulium et tradidit ei Paulum cum ceteris custodiis. 2 cum coepissemus nauigare, ascendimus in nauem Adrumetinam, ascendit autem nobiscum et Aristarchus Macedo. 3 uenimus autem Sidonae, et humane tractans Paulum ille centurio permisit amicis, qui ueniebant ad eum, uti curam eius agerent. 4 inde autem nauigantes legimus Cyprum eo quod contrari erant uenti. 5 et post haec nauigantes sinum Cilicium et Pamphilium pelagum XV diebus deuenimus Mira Lyciae. 6 et inuenit nauem Alexandrinam

addito fl. ad XXVI, 20—XXVII, 12. 31. ⟨cum⟩ (cf. gr.) suppleui, om. gig.
XXVII. 4. praeternauigauimus (cf. gr.) hic et v. 7. em., pernauigauimus gig.

30. ἥ τε Βερνίκη om. fl. 31. mortem fl.
XXVII. 1. caesari (cf. gr.) scripsi, dubias litteras Berg. male reddidit: caesaream | iudicauit (cf. gr.) supplevi, om. fl. 2. nouiscum fl. 3. humanae ttractans fl. 5. cilium fl.

quae est Liciae. [6] et inuenit ibi centurio nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam et inposuit nos in eam. [7] pluribus autem diebus tarde nauigantes uix deuenimus contra Cnidum, et non admittente nos uento praeternauigauimus Cretam per Salmonem. [8] et cum uix colligeremus eam uenimus in locum, qui dicitur Bonus portus, iuxta quos erat ciuitas Talassa. [9] multo autem tempore peracto et cum iam incerta esset nauigatio, propter quod et ieiunium transisset, hortabatur eos Paulus [10] dicens: „Uiri, uideo quod cum iniuria et multo detrimento non tantum oneris et nauis, sed etiam annimarum nostrarum erit futurum (nauigium).“ [11] centurio autem gubernatori et magistro nauis magis credebat quam his quae a Paulo dicebantur. [12] et quia non erat aptus portus ad hyemandum, plures consilium fecerunt ut leuarent inde, si quomodo possent Phoenicen deportati hyemare in littore Cretae respiciente affricum et chorum. [13] flante autem euro putantes propositum consilium se tenere leuantes iuxta colligebant Creten. centurio ille nauigantem in Italia. inposuit nos, [7] et cum tarde nauigaremus per aliquos dies, uenimus Gnidum. et inde cum tulissemus legebamus. unde uenimus in Portum bonum, ubi Anchis ciuitas erat. [9] et cum paucos dies illic fecissemus et iam esset periculosa nauigatio, eo quod et ieiunium transisset, accessit Paulus [10] dicens: „Uiri, uideo nos cum iniuria magna et iactura non tantum nauis, sed et animarum nostrarum nauigare incipere.“ [11] gubernator autem et magister nauis cogitabant nauigare, [12] si forte possent uenire Phoenicem in portum, qui est Cretae. [13] consentiebat illis magis centurio quam Pauli uerbis. [13] et cum flaret auster, tulimus celerius et sublegebamus . . . . . .

---

5. que est gig. | contrae nidum gig. 7. pernauigauimus (cf. v. 4) gig. 10. (nauigium) (cf. gr.) suppleui, om. gig. 12. aptus em., aput gig. | fecerunt (cf. gr.) em., facerent gig. | phoenicem fl. | deportati (cf. gr.) em., deportari gig. | crete gig. | respicientem gig. | affricum (λίβα) em., affricam gig.

---

6. italia fl. 8. ubi anchis ciuitas erat fl. = οὗ ἀγχίπολις ἦν? 9. accessit fl., παρῄει pro παρῄνει. 10. uirideo fl. 12. paulis uerbis fl.

14 non post multum autem misit se super eam uentus typhonicus,
qui uocatur euraquilo. 15 et arrepta naui cum non possent
contra resistere, uento se tradiderunt. 16 praetercurrentes autem
insulam, quae appellatur Caudae, uix ualuimus obtinere scapham,
17 quam auferentes adiutorio utebamur succingentes nauem. timentes
autem ne in syrtem incideremus uas quoddam dimiserunt, quod
traheret. 18 uento autem ualido instante et tempestate subsequenti
autem die iactum fecerunt. 19 et tertia die suis manibus armamenta
nauis proiecerunt in mare. 20 perseuerante autem tempestate et neque
sole neque stellis apparentibus per plurimos dies omnis spes nobis
auferebatur uitae. 21 et cum multis diebus iam ieiunassent, stans
Paulus in medio eorum dixit: „Oportuerat quidem uos, o uiri,
credentes michi non nauigare a Creta et lucrari hanc iniuriam ac
detrimentum. 22 et nunc quidem suadeo uos bono animo esse,
iactum enim nullius animae erit ex uobis, nisi tantum nauis.
23 astitit michi hac nocte angelus dei, cui deseruio, 24 dicens:
'Noli timere, Paule, oportet te ante Cesarem stare, et ecce
donauit tibi omnes qui tecum nauigant'. 25 propterea bono
animo estote, uiri. credo enim deo, quia sic erit, quemadmodum
locutus est michi. 26 in insulam autem quandam oportet nos
deuenire."

27 Et cum XIIII[a] nox facta esset et iactaremur in Adria,
circa mediam noctem suspicabantur nautae resonare sibi aliquam
regionem. 28 et miserunt bolidem et inuenerunt passus XV
altitudinis. 29 timentes autem ne in aspera loca incideremus, de
puppe proiecerunt anchoras IIII et optabant ut dies fieret, ut
sciremus, an salui esse possimus. 30 nautis autem querentibus
fugere de naui et laxantibus scapham in mare occasionem querentes
sub obtentu tamquam a prora anchoras essent missuri, ut tutius
nauis staret, 31 dixit Paulus centurioni et militibus: „Nisi hi in
naui manserunt, nos salui esse non possumus." 32 tunc protinus
milites praeciderunt funes et scapham dimiserunt excidere. 33 et
cum dies fieret, hortabatur Paulus omnes ut perciperent escas
dicens: „Quartadecima dies est hodie, a qua sine cibo manetis.
34 ideoque hortor uos accipere escam. hoc enim pro uestra salute
est. spero enim in deo meo, quoniam nullius uestrum capillus de

---

16. praetercurrentes (cf. gr.) em., percurrentes gig. 22. uos (cf. gr.) em., nos gig. | iactum = ἀποβολή. fort. l. iactura. 23. astititit gig. 26. quendam gig. 27. naute gig. 28. et in et inuenerunt gig. 29. incideremus gig. | ut optabant gig.

capite cadet.“ [35] et his dictis accepit panem et gratias egit deo coram omnibus et fregit et cepit manducare. [36] tunc bono animo facti omnes percipiebant cibum. [37] eramus autem omnes CCLXX sex. [38] et satiati cibo releuabant nauem proicientes triticum in mare. [39] et cum dies illuxisset, nautae terram non cognoscebant, sinum autem quendam prouidebant habentem litus, in quo cogitabant si possent expellere nauem. [40] et anchoras colligentes proiciebant in mare et remittentes couiunctiones gubernaculorum et leuato artemone secundum flatum aurae tendebant ad litus. [41] cum incidissent autem in locum bitalassum impegerunt nauem, et prora quidem manebat immobilis, puppis uero soluebatur a ui maris. [42] tunc cogitauerunt milites ut omnes custodias occiderent, ne quis enatans effugeret. [43] centurio autem prohibuit hoc fieri praecipue propter Paulum, ut saluum illum faceret. et iussit illos, qui possent enatare, primos exire ad terram [44] et reliquos quosdam in tabulis saluos fieri. et sic omnes animae saluae ad terram uenerunt.

XXVIII. [1] Et tunc cognouimus quia Melitene insula uocitatur. [2] barbari autem praestabant nobis non modicam humanitatem. accendentes enim ignem receperunt nos propter pluuiam imminentem et frigus [3] et cum collegisset Paulus sarmentorum multitudinem et imposuisset super ignem, uipera a calore exiens momordit manum eius. [4] quo uiso barbari, quod penderet bestia de manu eius, inter se dicebant: „Is homo homicida debet esse, quem liberatum de mari uiuere aequitas non permisit.“ [5] Paulus uero excussa bestia in ignem nihil patiebatur mali. [6] at illi existimabant eum suscendi aut cadere subito mortuum. cumque diu expectarent et uiderent nichil mali ei contingere conuersi dicebant eum deum. [7] inter eos autem, qui in illo loco morabantur, erant praedia principi insulae nomine Puplio, qui nos hospicio humane recepit per triduum. [8] contigit autem patrem Puplii febribus et disintheria uexatum iacere. ad quem Paulus intrauit et cum orasset imposuit ei manum et saluauit eum. [9] hoc facto omnes, qui in insula illa commorabantur, infirmantes accedebant et curabantur. [10] qui etiam multis honoribus nos honorauerunt et nauigantibus nobis imposuerunt quae necessaria erant.

---

39. naute gig. 40. aure gig. 41. autem (cf. gr.) em., uim gig.

XXVIII. 1. melitenae gig. 2. receperunt (cf. gr.) em., refecerunt gig., reficiebunt vulg. 4. equitas gig. 5. excusa gig.

11 Post menses autem tres nauigauimus in naui Alexandrina
quae in insula hyemauerat, cui erat parasemum [et] Dioscori.
12 et cum uenissemus Syracusas mansimus ibi triduo, 13 et inde
tulimus et deuenimus Regium. et post unum diem flante austro
secundo die uenimus Puteolos. 14 et inuentis fratribus con-
solati sumus et mansimus apud eos dies IIII, et sic Romam
uenimus. 15 et cum audissent fratres occurrerunt nobis usque
ad Appii forum et Tribus tabernis. quos cum uidisset Paulus
sumpsit audaciam et laudem dedit deo. 16 cum uenissemus autem
Romam, centurio tradidit custodias principi peregrinorum. per-
missum autem Paulo foras manere extra castra custodientibus
eum militibus.

17 Factum est autem post diem tertium conuocauit primos
Iudeorum. qui cum conuenissent conferebat cum eis dicens: „Ego,
uiri fratres, cum contra plebem nichil fecissem neque contra mores
patrum, uinctus ab Hierosolima traditus sum in manus Romano-
rum. 18 qui postquam me interrogauerunt uolebant dimittere eo
quod nulla causa mortis esset in me. 19 contradicentibus autem
Iudeis coactus sum appellare Cesarem non tamquam gentem meam
habeam aliquid accusare, sed ut animam meam a morte liberarem.
20 propter hanc causam ergo rogaui uos uidere et alloqui. propter
spem enim Israhel hanc cathenam circumfero hic.“ 21 at illi dixerunt:
„Nos neque litteras de te a Iudeis accepimus, neque adueniens
quisquam ab Hierosolimis fratrum nunciauit aut locutus est de
te male. 22 postulamus autem de te audire quae sentis. de hac
enim heresi notum est nobis, quia ubique contradicitur ei in toto
orbe.“ 23 et cum constituissent ei diem uenerunt plurimi ad eum in
hospicio, quibus exponebat testificans regnum dei suadebatque eos
de Ihesu ex lege Moysi et prophetis a mane usque ad uesperam.
24 et quidam credebant his quae a Paulo dicebantur, quidam
uero non credebant. 25 et dissonantes ad inuicem dimittebantur
a Paulo dicente uerbum unum quia „bene locutus est spiritus
sanctus per Ysaiam prophetam ad patres nostros, 26 dicens: * ‘Uade Ies. 6, 9. 10.
ad populum istum et dic: Aure audietis et non intellegetis et
uidentes uidebitis et non respicietis. 27 induratum enim est cor
populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos concluderunt, ne quando uideant oculis suis et auribus audiant et cor-

11. inta insula gig. | dioscore gig.

19. apellare gig. 26. uade ad populum et sqq. ex e, excepto v. 29, dedi | uideuitis e.

de intelligant et conuertant se, et sanem illos'. [28] notum ergo sit uobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare dei, ipsi et audient." * [29] et cum haec dixisset, exierunt Iudei magnam inter se habentes questionem.

[30] * Mansit autem biennio toto in suo conducto et suscipiebat omnes qui introibant ad eum ⟨et disputabat cum Iudeis et Grecis⟩, [31] praedicans regnum dei et docens quae sunt de domino Hiesu Christo cum omni fiducia sine intermissione.

---

29. e gig., om. e.

30. et disputabat cum iudeis et grecis supplevi e gig., om. e. 31. sine intermissione (ἀκωλύτως) e, nemine prohibente gig.

Cum Actis apostolorum canonicis conferre iuvat ea quae in antiquissima ecclesia tradita sunt non hausta e canonico libro. finem fere faciat Clemens Alexandrinus, qui quamvis iam Actis apostolorum canonicis usus etiam alia tradidit. non neglexi vero nonnulla, quae etiam posteriores retulerunt. de Ebionaeis Epiphanius Haer. XXX, 16: Πράξεις δὲ ἄλλας καλοῦσιν ἀποστόλων εἶναι, ἐν αἷς πολλὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔμπλεα. ad nos pervenerunt huius generis Clementis Romani recognitiones (ἀναγνώσεις) Rufino Aquil. presb. interprete (ed. E. G. Gersdorf, Lips. 1838) et Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημίων κηρυγμάτων ἐπιτομή vel Homiliae (Clementina herausgegeben von Paul de Lagarde. Leipzig 1865). utrumque librum demonstrasse mihi videor ortum esse e Petri κηρυγμάτων libris X (cf. Recogn. III, 75) et περιόδων libris (cf. Recogn. l. IV—VI), haec magna ex parte recepta continuata esse Clementis ἀναγνώσεσιν propriis (Recogn. VII—X), denique Romae in hanc formam quam habemus redacta esse omnia. nolui omnia ea repetere, quae Ric. Adalb. Lipsius diligentissime collegit et diiudicavit in amplissimo opere: Die apokryphen Apostelgeschichten und Apostellegenden, vol. I. II, 1. 2 cum supplemento, Brunsvigae 1885—1890. substiti in antiquioribus scriptoribus Christianis cum Actis apostolorum canonicis conferendis. hac ratione composui

ACTUS APOSTOLORUM
EXTRA CANONEM RECEPTUM.

I. Iesus e morte suscitatus ascendit in coelos (Act. I, 3—11).

1. Iesus eodem die, quo e mortuis suscitatus est, etiam in caelos ascendit (cf. Marc. XVI, 19. Luc. XXIV, 50 sq.).

Barnabae epistola c. XV p. 39, 12 sq. ed. meae II: *διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς οὐρανούς.*

Aristides Apolog. ed. Edgar Hennecke, 1893, c. II p. 9 sq. de Iesu Christo graece: *διὰ τοῦ σταυροῦ θανάτου ἐγεύσατο . . . . μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας ἀνεβίω καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθεν.* syr.: Derselbe wurde von den Juden durchbohrt und starb und wurde begraben, und sie erzählen, dass er nach drei Tagen auferstand und zum Himmel aufstieg. armen.: Und er wurde von den Juden ans Kreuz genagelt, und auferstanden von den Toten fuhr er zum Himmel. paulo aliter A. Seeberg (deo Apologet Aristides, 1894, p. 31).

Iustinus martyr eandem rationem secutus est, cf. infra I, 3.

2. Iesus ex morte excitatus apostolos iussit quidem in mundum exire (cf. Act. I, 8), sed post XII demum annos, postquam Israelitis evangelium praedicassent.

Ex Petri Praedicatione Clemens Alexandrinus Strom. VI, 6, 48 p. 764 sq.: *αὐτίκα ἐν τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ κύριός φησι πρὸς τοὺς μαθητὰς μετὰ τὴν ἀνάστασιν· Ἐξελεξάμην ὑμᾶς δώδεκα μαθητάς, κρίνας ἀξίους ἐμοῦ*[1]*, οὓς ὁ κύριος ἠθέλησεν καὶ ἀποστόλους, πιστοὺς ἡγησάμενος*[2]*, εἶναι, πέμπων ἐπὶ τὸν κόσμον εὐαγγελίσασθαι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνθρώπους γινώσκειν ὅτι εἷς θεός ἐστιν, διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ πίστεως ἐμῆς* (conicio ἐξῆς) *δηλοῦντας τὰ μέλλοντα, ὅπως οἱ ἀκούσαντες καὶ πιστεύσαντες σωθῶσιν, οἱ δὲ μὴ πιστεύσαντες μαρτυρήσωσιν* (l. *μαρτυρηθῶσιν*) *οὐκ ἔχοντες ἀπολογίαν εἰπεῖν Οὐκ ἠκούσαμεν.*

Idem Strom. VI, 5, 43 p. 762: *διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος εἰρηκέναι τὸν κύριον τοῖς ἀποστόλοις· Ἐὰν μὲν οὖν τις θελήσῃ τοῦ Ἰσραὴλ μετανοῆσαι* (l. *μετανοήσας*) *διὰ τοῦ ὀνόματός μου πιστεύειν ἐπὶ τὸν θεόν, ἀφεθήσονται αὐτῷ αἱ ἁμαρτίαι. μετὰ δώδεκα ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, μή τις εἴπῃ Οὐκ ἠκούσαμεν.*

Apollonius Ephesius apud Eusebium H. E. V, 18, 14: *ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν σωτῆρά φησι προστεταχέναι τοῖς αὐτοῦ ἀποστόλοις: ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ.*

3. Iesus redivivus discipulis apparens et in coelos ascendens fidem iam amissam restituit.

Iustinus Apol. I, 50: *μετὰ οὖν τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν καὶ οἱ γνώριμοι αὐτοῦ πάντες ἀπέστησαν ἀρνησάμενοι αὐτόν, ὕστερον δέ, ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος καὶ ὀφθέντος αὐτοῖς καὶ ταῖς προφητείαις ἐντυχεῖν, ἐν αἷς πάντα ταῦτα προείρητο γενησόμενα, διδάξαντος, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες καὶ δύναμιν ἐκεῖθεν αὐτοῖς πεμφθεῖσαν παρ' αὐτοῦ λαβόντες καὶ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐλθόντες ταῦτα ἐδίδαξαν καὶ ἀπόστολοι προσηγορεύθησαν.*

Idem Apol. I, 67: *τῇ γὰρ πρὸ τῆς κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτὸν καὶ μετὰ τὴν κρονικήν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς* (non solis igitur apostolis) *ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.*

Idem Dial. c. Tryph. c. 53: *μετὰ γὰρ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν οἱ σὺν αὐτῷ ὄντες μαθηταὶ αὐτοῦ διεσκεδάσθησαν, μέχρις ὅτου ἀνέστη ἐκ νεκρῶν καὶ πέπεικεν αὐτοὺς ὅτι οὕτως προεπεφήτευτο περὶ αὐτοῦ παθεῖν αὐτόν. καὶ οὕτω πεισθέντες καὶ εἰς τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ἐξελθόντες ταῦτα ἐδίδαξαν.*

Idem Dial. c. Tryph. c. 106: *καὶ ὅτι ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἔστη* (Luc. XXIV, 36), *τῶν ἀποστόλων, οἵτινες μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν καὶ πεισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ὅτι καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν ἔλεγεν αὐτοῖς ὅτι ταῦτα αὐτὸν δεῖ παθεῖν καὶ ὑπὸ τῶν προφητῶν ὅτι προεκεκήρυκτο ταῦτα, μετενόησαν ἐπὶ τῷ ἀφίστασθαι αὐτοῦ, ὅτε ἐσταυρώθη.*

---

1) Iuda proditore absente XII apostoli eadem fere ratione appellati videntur esse, qua 1. Cor. XV, 5.

2) Iudas vero spem fefellit.

4. Iesus post resurrectionem usque ad assumptionem per XVIII menses in terra versatus.

Irenaeus adv. haer. I, 30, 14: (Gnostici postea Ophitae appellati) confirmare autem volunt descensionem Christi (in Iesum) et ascensionem ex eo, quod neque ante baptismum neque post resurrectionem a mortuis aliquid magni fecisse Iesum dicunt discipuli, ignorantes adunitum esse Iesum Christo et incorruptibilem Aeonem hebdomadali, et mundiale corpus animale dicunt. remoratum autem eum (Iesum) post resurrectionem XVIII mensibus, et sensibilitate in eum descendente, didicisse quod liquidum est, et paucos ex discipulis suis, quos sciebat capaces tantorum mysteriorum, docuit haec et sic receptus est in caelum, Christo sedente ad dexteram patris Ialdabaoth, uti animas eorum, qui cognoverunt eos (Iesum et Christum), post depositionem mundialis carnis recipiat in se etc.

Idem adv. haer. I, 3, 2 de Valentinianis Ptolemaeum secutis: *διὰ τοῦ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν δεκαοκτὼ μησὶ λέγειν διατετριφέναι αὐτὸν* (dominum) *σὺν τοῖς μαθηταῖς.*

Pistis Sophia, opus gnosticum . . . ed. I. H. Petermann, Berol. 1851, Iesum multo diutius (per XI vel XII annos) in terra cum discipulis versatum esse retulit.

II. Apostoli XII in mundum profecti sunt omnibusque hominibus evangelium praedicaverunt (Act. I, 8. Math. XXVIII, 19. Marc. XVI, 15—20. Luc. XXIV, 47 sq.).

Clemens Rom. epi. I, 42: *οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐξεπέμφθη· ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ . . . . παραγγελίας οὖν λαβόντες καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ πιστωθέντες ἐν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίου ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν.*

Barnabae epi. c. VIII p. 20, 15 sq.: *οἱ ῥαντίζοντες παῖδες οἱ εὐαγγελιζόμενοι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ τὸν ἁγισμὸν τῆς καρδίας, οἷς ἔδωκε τοῦ εὐαγγελίου τὴν ἐξουσίαν, οὗσι δώδεκα εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν — ὅτι δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραήλ — εἰς τὸ κηρύσσειν.*

Aristides Apolog. c. II graece: *οὗτος* (Iesus) *δώδεκα ἔσχε μαθητάς, οἳ μετὰ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἄνοδον αὐτοῦ ἐξῆλθον εἰς τὰς ἐπαρχίας τῆς οἰκουμένης*[1]) *καὶ ἐδίδαξαν τὴν ἐκείνου μεγαλωσύνην,*

1) Apostolos sortibus usos esse ad dividendas inter se terrarum provincias vetus est traditio, cuius testes post Ioan. Carolum Thilo (Acta s. Thomae apostoli, 1823, p. 91 sq.) accuratissime recensuit R. A. Lipsius (Die apokryph. Apostelgeschichten u. Apostellegenden, vol. I, p. 11 sq. 33 sq. 209. 215. 217. 221. 366. 417. 434. 448. 507 sq. 617. II, p. 22 sq. III, p. 40. 45. 152. 201. 212. 251. 252. 332. 368). Reinoldus Seeberg syriacum versionem merito praetulit.

[*καθάπερ εἷς ἐξ αὐτῶν τὰς καθ' ἡμᾶς περιῆλθε χώρας* (non Achaiae) *τὸ δόγμα κηρύττων τῆς ἀληθείας*]. syr.: Und daun sind diese 12 Jünger ausgegangen in die bekannten Teile der Welt und lehrten von seiner Grösse in aller Demut und Würde. armen.: Denn er sandte die Apostel in die ganze Welt und unterrichtete alle durch göttliche Herrlichkeit und hoher Weisheit volle Wunder.

Iustinus Apol. I, 31: *καί τινας πεμπομένους ὑπ' αὐτοῦ* (ab Iesu in coelos recepto) *εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων κηρύξοντας ταῦτα.*

Ibid. c. 39: *ἀπὸ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἄνδρες δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὗτοι ἰδιῶται, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι, διὰ δὲ θεοῦ δυνάμεως ἐμήνυσαν παντὶ γένει ἀνθρώπων, ὡς ἀπεστάλησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διδάξαι πάντας τὸν τοῦ θεοῦ λόγον.*

Ibid. c. 45: *τὸ οὖν εἰρημένον* (ψ. 109, 2) *Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι ἐξ Ἱερουσαλήμ, παραγγελτικὸν τοῦ λόγου τοῦ ἰσχυροῦ, ὃν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξελθόντες πανταχοῦ ἐκήρυξαν* (cf. c. 49).

Ibid. c. 50, vide supra I, 3.

Dial. c. Tryph. c. 53, vide supra I, 3.

Ibid. c. 109: *τὰ ἔθνη . . . . ἀκούσαντα τὸν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κηρυχθέντα καὶ δι' αὐτῶν μαθόντα λόγον.* I, 110: *τοῦ λόγου τοῦ ἐξελθόντος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ διὰ τῶν τοῦ Ἰησοῦ ἀποστόλων.*

Clem. Recogn. IX, 29 Petrus iam praeterlapsis VII annis post passionem Iesu: Denique apud Parthos, sicut nobis Thomas, qui apud illos evangelium praedicat, scripsit, non multi iam erga plurima matrimonia diffunduntur, nec multi apud Medos canibus obiciunt mortuos suos, neque Persae matrum coniugiis aut filiarum incestis matrimoniis delectantur, nec mulieres Susae licita ducunt adulteria.

Eusebius H. E. V, 10, 3: *ὧν* (evangelistarum) *εἷς γενόμενος καὶ ὁ Πάνταινος καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται, ἔνθα εὑρεῖν αὐτὸν προφθάσαν τὴν αὐτοῦ παρουσίαν τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον παρά τισιν αὐτόθι τὸν Χριστὸν ἐπεγνωκόσιν, οἷς Βαρθολομαῖον τῶν ἀποστόλων ἕνα κηρῦξαι αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι γραφήν, ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον.*

Ephraem Edessenus in evangelii concordantis expositione, ed. G. Moesinger, Venet. 1897, p. 286: Bartholomaeus evangelium Matthaei dedit Indis et fuit ibi episcopus.

Apostoli singulas terrae partes inter se sortiti sunt.

Eusebius H. E. III, 1: *τῶν δὲ ἱερῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἐφ' ἅπασαν κατασπαρέντων τὴν οἰκουμένην, Θωμᾶς μέν, ὡς ἡ παράδοσις περιέχει, τὴν Παρθίαν εἴληχεν* (Matthaeus Aethiopiam, Bartholomaeus Indiam citeriorem, add. Rufinus), *Ἀνδρέας δὲ τὴν Σκυθίαν, Ἰωάννης τὴν Ἀσίαν, πρὸς οὓς καὶ διατρίψας ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ. Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ, Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ* (cf. 1 Petr. I, 1) *κεκηρυχέναι τοῖς ἐν διασπορᾷ Ἰουδαίοις ἔοικεν· ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ*

γενόμενος ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν. τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος; ταῦτα Ὠριγένει κατὰ λέξιν ἐν τρίτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικῶν εἴρηται.

Rufinus Eusebii H. E. continuans X, 9: in ea divisione orbis terrae, quae ad praedicandum verbum dei sorte per apostolos celebrata est, cum aliae aliis provinciae obvenissent, Thomae Parthia et Matthaeo Aethiopia eique adhaerens citerior India Bartholomaeo dicitur sorte decreta.

III. Apostolorum XII numerus suppletus (cf. Act. I, 15—25).

1. Iudae proditoris exitum retulit Papias Hierapolitanus cuius relationem in Catenis et a Theophylacto et ab Oecumenio observatam sic edidi in Zeitschrift f. wiss. Theologie 1875, II. p 263.

Ἀπολιναρίου· Οὐκ ἀπέθανε τῇ ἀγχόνῃ Ἰούδας (Matth. XXVII, 5), *ἀλλ' ἐπεβίω καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. καὶ τοῦτο δηλοῦσιν αἱ τῶν ἀποστόλων πράξεις* (I, 18) *ὅτι πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. τοῦτο δὲ σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μαθητὴς λέγων οὕτως ἐν τῷ δ' τῆς ἐξηγήσεως τῶν κυριακῶν λόγων·*

Μέγα δὲ ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας πρησθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μηδὲ ὁπόθεν ὅμαξα ῥᾳδίως διέρχεται ἐκεῖνον δύνασθαι διελθεῖν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς ὄγκον αὐτοῦ· τὰ μὲν γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ φασὶ τοσοῦτον ἐξοιδῆσαι, ὡς αὐτὸν μὲν καθόλου τὸ φῶς μὴ βλέπειν, τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ μηδὲ ὑπὸ ἰατροῦ (διὰ) διόπτρας ὀφθῆναι δύνασθαι· τοσοῦτον βάθος εἶχεν ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας. τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ πάσης μὲν ἀσχημοσύνης ἀηδέστερον καὶ μεῖζον φαίνεσθαι, φέρεσθαι δὲ δι' αὐτοῦ ἐκ παντὸς τοῦ σώματος συρρέοντας ἰχῶράς τε καὶ σκώληκας εἰς ὕβριν δι' αὐτῶν μόνων τῶν ἀναγκαίων. μετὰ πολλὰς δὲ βασάνους καὶ τιμωρίας ἐν ἰδίῳ, φασί, χωρίῳ τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς ὀδμῆς ἔρημον καὶ ἀοίκητον τὸ χωρίον μέχρι τῆς νῦν γενέσθαι, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς σήμερον δύνασθαί τινα ἐκεῖνον τὸν τόπον παρελθεῖν, ἐὰν μὴ τὰς ῥῖνας ταῖς χερσὶν ἐπισφράξῃ. τοσαύτη διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἔκρυσις ἐχώρησεν.

2. Barnabas apostolus suffectus, cf. Act. I, 23, 26 (etiam I, 13).

Clemens Rom. Recogn. I, 55—62 apostolos XII in templo Hierosolymitano contra Iudaeos (et Samaritanos aliquos) disputantes recensuit: 1. Matthaeum, 2. Andream Petri fratrem, 3. 4. Zebedaei filios Iacobum et Ioannem, 5. Philippum, 6. Bartholomaeum, 7. Iacobum Alphaei, 8. Lebbaeum, 9. Cananaeum Simonem, 10. Barnabam (I, 60 Barnabas qui et Matthias, qui in locum Iudae subrogatus est apostolus), 11. Thomam, 12. Petrum.

Barnabas unus ex Ihesu discipulis.

Clemens Rom. Recogn. I, 7: donec sub eodem anno (quo Iesus regnum dei euangelizere coepit Iudaeis) vir quidam adstans in urbis

(Romae) loco celeberrimo proclamaret ad populum .... erat autem vir iste, qui haec loquebatur ad populum, ex orientis partibus, natione Hebraeus nomine Barnabas, qui se etiam unum ex eius (Iesu) discipulis esse dicebat missumque ob hoc, ut haec volentibus indicaret.

Clem. Rom. Hom. I, 9: *ἐμοῦ δὲ (Κλήμεντος) εἰπόντος Ἠθελόν τινι συντυχεῖν τῶν ἑωρακότων αὐτόν* (Iesum), *εὐθὺς ἦγόν με λέγοντες Ἔστίν τις ἐνταῦθα* (Alexandriae) *οὐ μόνον ἱστορήσας αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκεῖθεν γῆς ὑπάρχων, ἀνὴρ Ἑβραῖος, ὀνόματι Βαρνάβας, ὃς καὶ ἕνα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἑαυτὸν εἶναι λέγει καὶ ἐνταῦθά που καθεζόμενος τῆς ἐκείνου ὑποσχέσεως τοὺς λόγους τοῖς βουλομένοις ἑτοίμως λέγει.*

De Iusto (Act. I, 23) Papias Hierapolitanus apud Euseb. H. E. III, 39, 9: *τὸν μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἱεράπολιν Φίλιππον τὸν ἀπόστολον ἅμα ταῖς θυγατράσι διατῖψαι διὰ τῶν πρόσθεν δεδήλωται, ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου θυγατέρων μνημονεύει τὰ νῦν σημειωτέον. νεκροῦ γὰρ ἀνάστασιν κατ' αὐτὸν γεγονῦαν ἱστορεῖ, καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰοῦστον τὸν ἐπικληθέντα Βαρσαβᾶν γεγονός, ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος καὶ μηδὲν ἀηδὲς διὰ τὴν τοῦ κυρίου χάριν ὑπομείναντος* (cf. Marc. XVI, 18). Eusebius potius quam Papias pergit s. 10: *τοῦτον δὲ τὸν Ἰοῦστον μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάληψιν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους μετὰ Ματθία στῆσαί τε καὶ ἐπεύξασθαι ἀντὶ τοῦ προδότου Ἰούδα ἐπὶ τὸν κλῆρον τῆς ἀναπληρώσεως τοῦ αὐτῶν ἀριθμοῦ ἧ τῶν Πράξεων ὧδέ πως ἱστορεῖ γραφή* (Act. I, 23): *Καὶ ἔστησαν* (secundum Eusebium soli apostoli) *δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαβᾶν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ προσευξάμενοι εἶπον.*

Matthias, cuius *Παραδόσεων* fragmenta collegi in Novi testamenti extra canonem receptum fasc. IV. ed. II. p. 49. 50, mihi quidem idem videtur esse, qui in ev. Ioan. I, 46 sq. XXI, 2 dicitur *Ναθαναήλ*: quod nomen (נתן אל) idem fere significat ac *Ματθίας* (מתית, donum Jahvae). Nathanael praeter Bartholomaeum inter XII apostolos recensetur in Clementis *διαταγῆς* p. 111, 6. 114, 4 ed. meae II. cf. quae adnotavi p. 119. Gnostici apud Clem. Alex. Strom. III, 4, 26 *λέγουσι γοῦν καὶ τὸν Ματθίαν οὕτως διδάξαι· σαρκὶ μὲν μάχεσθαι καὶ παραχρῆσθαι μηθὲν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν ἀκόλαστον ἐνδιδόντα, ψυχὴν δὲ αὔξειν διὰ πίστεως καὶ γνώσεως.*

Eusebius H. E. I, 12, 3: *καὶ Ματθίαν δὲ τὸν ἀντὶ Ἰούδα τοῖς ἀποστόλοις συγκαταλεγέντα τόν τε σὺν αὐτῷ τῇ ὁμοίᾳ ψήφῳ τιμηθέντα τῆς αὐτῆς τῶν ἑβδομήκοντα κλήσεως ἠξιῶσθαι κατέχει λόγος.*

IV. Hierosolymitanae ecclesiae acta usque ad cruentam persecutionem a Iudaeis factam (Act. II, 37—VIII, 4).

1. Iacobus frater domini episcopus (cf. Act. XII, 17. XV, 13 sq. XXI, 18 sq.).

Clemens Alex. Hypotypos. l. VI apud Eusebium H. E. II, 1, 3: *Πέτρον γάρ φησι καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, ὡσὰν καὶ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος προτετιμημένους, μὴ ἐπιδικάζεσθαι δόξης, ἀλλ' Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι.*

Clem. Recogn. I, 43: Iacobus a domino ordinatus Hierosolymorum episcopus, cf. infra No. 3. p. 204 fin.

Hegesippus, cuius fragmenta collegi et illustravi in: Zeitschrift f. wiss. Theol. 1876. IV, p. 177—229 (cf. ib. 1876. II, p. 298—321). Hypomnem. l. V. apud Eusebium H. E. II, 23, 3—7: *Διαδέχεται δὲ τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν· ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο. οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγε. ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψανο καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας. καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναὸν ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν, ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ τὰ γόνατα καὶ αἰτεῖσθα ἄφεσιν τῷ λαῷ. διά γέ τοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐκαλεῖτο δίκαιος καὶ Ὠβλίας ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ.*

2. Israelitarum hoc tempore haereses (cf. Act. IV, 1. V, 17, 34. XV, 1 sq. XXII, 6 sq. XXVI, 5).

Iustinus Dial. c. Tryph. c. 80: *ὥσπερ οὐδὲ Ἰουδαίους, ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις Γενιστῶν καὶ Μεριστῶν καὶ Γαλιλαίων καὶ Ἑλληνιανῶν καὶ Φαρισαίων καὶ Βαπτιστῶν.*

Hegesippus apud Eusebium H. E. IV, 22, 7: *Ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ τοῦ Χριστοῦ αὗται· Ἐσσαῖοι, Γαλιλαῖοι, Ἡμεροβαπτισταί, Μασβώθεοι* [1]*), Σαμαρεῖται, Σαδδουκαῖοι, Φαρισαῖοι.*

Harum VII haeresium progeniem Hegesippus recensuit apud Eusebium H. E. IV, 22, 5: *ἄρχεται δ' ὁ Θέβουθις διὰ τὸ μὴ γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον* (mortuo Iacobo) *ὑποφθείρειν ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων, ὧν* (v. l. *ὢν*) *καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ, ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν οἱ Σιμωνιανοί, καὶ Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιηνοί, καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθεανοί, καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γοραθηνοί, καὶ Μασβώθεος, ὅθεν Μασβώθεοι κτλ.*

Clem. Rom. Recogn. I, 53. 54. In multas etenim iam partes populus scindebatur, initio sumto a Iohanne baptista. cum enim iam immineret ortus Christi ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi vero gratiam largiendam, inimicus ex his quae praedicta fuerant adesse tempus intelligens diversa schismata operabatur in populo, ut si forte prius peccatum potuisset aboleri, secunda corrigi culpa non posset. erat ergo primum schisma eorum qui dicebantur Sadducaei [initio Iohannis iam paene temporibus sumto]. hique ut ceteris iustiores segregare se coepere a populi coetu et mor-

1) Mandaeorum baptismus appelatur מאצבותא, cf. Guil. Brandt, Die mandäische Religion, Lips, 1889, p. 98. 180. et quae exposui in Zeitschr. f. w. Theol. 1890. III, p. 354.

tuorum resurrectionem negare, idque argumento infidelitatis adserere, dicentes non esse dignum, ut quasi sub mercede proposita colatur deus. [auctor vero sententiae huius primus Dositheus, secundus Simon fuit.] aliud Samaraeum schisma est. ipsi enim resurrectionem mortuorum negantes adserunt, non in Hierosolymis, sed in monte Garizin adorandum esse deum. qui tamen unum verum prophetam ex Moysis vaticinationibus recte exspectantes pravitate Dosithei impediti sunt, ne hunc quem exspectabant crederent esse Iesum. scribae quoque et Pharisaei in aliud schisma deducuntur. sed hi baptizati a Iohanne et velut clavem regni coelorum verbum veritatis tenentes ex Moysis traditione susceptum occultarunt auribus populi (Matth. XXIII, 14). sed et ex discipulis Iohannis qui videbantur esse magni segregarunt se a populo et magistrum suum veluti Christum praedicarunt. haec autem omnia praeparata sunt schismata, ut et fides Christi per huc impediretur et baptisma.

3. Hierosolymitana ecclesia Iacobo fratre domini praesule per VII annos crevit usque ad cruentam persecutionem, cf. Act. III, 1—VIII, 3.

Clementis Romani Recognitiones Hierosolymitanae ecclesiae origines per primam septimanam annorum continent. etiam IX, 29 'ex adventi iusti et veri prophetae vixdum VII anni praeterlapsi dicuntur', et 'septimana iam una ex passione domini completa annorum' (I, 43) narrantur septimo *Πέτρου κηρυγμάτων* arcanorum libro tradita, ex Actis app. canonicis minime hausta. sed addita sunt nonnulla quae etiam cum Actis canonicis hic illic quamvis commutata et aucta conveniunt.

A. Priorem relationem equidem censeo hanc fere:

Πέτρου κηρυγμάτων liber „septimus, quae sint quae prosesuti sunt apostoli apud populum in templo" (Clem. Recogn. III, 75) redditus videtur esse Clem. Recogn. I, ubi Petrus post Iudaeorum calumnias de Iesu e mortuis suscitato pergit:

Clem. Recogn. I, 43: Verumtamen veritas ubique vincebat. ad indicium enim quod haec divina virtute agerentur, nos qui fueramus paucissimi, processu dierum adstipulante deo multo plures quam illi (Iudaei infideles) efficiebamur, ita ut aliquando pertimescerent sacerdotes, ne forte per dei providentiam ad confusionem ipsorum in fidem nostram universus populus conveniret. frequenter mittentes ad nos rogabant, ut eis de Iesu dissereremus, si ipse esset propheta quem Moyses praedixit (Deut. XVIII, 15), qui est Christus aeternus. de hoc enim solo nobis qui credidimus in Iesum adversum non credentes Iudaeos videtur esse differentia. verum cum frequenter super hoc rogarent, nos autem oportunum tempus requireremus, septimana iam una ex passione domini complebatur annorum. ecclesia domini in Hierusalem constituta copiosissime multiplicata crescebat per Iacobum, qui a domino ordinatus est in ea episcopus, rectissimis dispensationibus gubernata.

Id. I, 55 (Petrus dixit): Verumtamen, ut dicere coeperamus, cum frequenter nos pontifex per sacerdotes rogasset, ut de Iesu sermo nobis haberetur ad alterutrum, ubi opportunum visum est et omni ecclesiae placuit, ascendimus ad templum et stantes in gradibus una cum fidelibus fratribus nostris [1]) ,facto populi summo silentio, prior pontifex coepit adhortari populum, ut patienter et cum quiete audiant, simulque eorum quae dicenda sunt testes et iudices fiant. tum deinde multis laudibus efferens sacrificiorum ritum, qui ad remissionem peccatorum humano generi divinitus esset indultus, caussabatur Iesu nostri baptisma velut contra haec nuper inductum. sed propositionibus eius occurrens Matthaeus evidenter ostendit, quod si quis Iesu baptisma non fuerit consecutus, is non solum coelorum regno fraudabitur, verum et in resurrectione mortuorum non absque periculo erit, etiamsi bonae vitae et rectae mentis praerogativa muniatur. haec et similia prosecutus siluit Matthaeus. 56. sed Sadducaeorum pars, quae negat esse resurrectionem mortuorum, indignata est, ita ut quidam ex ipsis de medio populi exclamaret dicens, multum errare eos, qui putent mortuos aliquando resurgere. contra hunc Andreas meus frater respondens docuit errorem non esse, sed certissimam fidem, quod mortui resurgant, secundum ea quae docuit is quem Moyses praedixit venturum prophetam (Deut. XVIII, 15); aut si non videretur eis ipse esse quem praedixit Moyses, de hoc, inquit, primo requiratur, ut cum evidenter ipse fuerit probatus, nihil de reliquo super his quae docuit ambigatur. haec autem et his similia plura protestatus siluit Andreas. 57. Samaraeus vero quidam contraria populo et deo loquens et neque mortuos adserens resurrecturos neque eum qui est in Hierusalem cultum dei tenendum, sed montem Garizin venerandum, addidit contra nos etiam haec, quod Iesus noster non esset ipse, quem Moyses prophetam venturum esse praedixerit. adversum hunc et alium, qui cum ipso haec eadem prosequebatur, Zebedaei filii Iacobus et Iohannes vehementer obnisi sunt, et quamvis haberent mandatum (Matth. X, 5), ne ingrederentur civitates eorum neque verbum eis praedicationis inferrent, tamen ne sermo eorum, si confutatus non esset, aliorum laederet fidem, ita prudenter et fortiter responderunt, ut perpetuum eis silentium darent. nam Iacobus de resurrectione mortuorum cum totius populi favore peroravit, Iohannes vero ostendit, quia si cessarent ab errore montis Garizin, consequenter agnoscerent ipsum esse Iesum, qui secundum prophetiam Moysis exspectabatur esse venturus, quoniam quidem signa et prodigia, ut fecit Moyses, ita fecit etiam Iesus, et dubium non est, quin similitudo signorum ipsum esse testetur, quem sicut se dixit esse venturum. haec et alia plura his similia protestati siluere. 59. et ecce quidam de scribis de medio populi exclamans ait: Iesus vester signa et prodigia quae fecit ut magus, non ut propheta fecit. huic Philippus

1) Iacobum domi mansisse nemo sanae mentis putabit, altera vero relatio supponit I, 66.

vehementer occurrit ostendens, quia hac ratione accusaret etiam Moysen. cum enim Moyses signa et prodigia fecerit in Aegypto, similiter autem Iesus in Iudaea, dubitari non possit, quin quod de Iesu diceretur, hoc etiam de Moyse dici videretur. haec et his similia plura protestatus siluit Philippus. 59. Pharisaeus autem quidam audiens haec insimulabat Philippum, quod Moysen aequalem diceret Iesu. cui Bartholomaeus respondens constanter edocuit, quia non dicimus Iesum solum aequalem Moysi, sed maiorem, quia Moyses quidem propheta fuit, quod fuit et Iesus, quod autem fuit Iesus Moyses non fuit, hoc est Christus, et ideo maior ille sine dubio, qui et propheta et Christus est, quam ille qui solum propheta est. haec et his similia plura prosecutus siluit. post hunc Iacobus Alphaei sermonem fecit ad populum, quo ostenderet, non ideo credendum esse Iesu, quia de eo prophetae praedixerint sed ideo magis credendum esse prophetis, quod vere prophetae sint, quia eis testimonium Christus reddat. nam praesentia et adventus Christi illos vere prophetas fuisse designat. dicebat enim non ab inferioribus maiori, sed a maiore inferioribus fidei testimonium dari. haec et multa his similia prosecutus etiam Iacobus siluit. post hunc Lebbaeus populum coepit vehementer arguere, quod non crederent Iesu, qui eis tantum profuerit, docendo quae dei sunt, solando afflictos, medendo infirmis, pauperes consolando, sed pro his omnibus bonis odia mortemque reddiderint. haec et similia plura cum esset populo protestatus siluit. 60. et ecce unus ex discipulis Iohannis affirmabat, Christum Iohannem fuisse et non Iesum, in tantum, inquit, ut et ipse Iesus omnibus hominibus et prophetis maiorem esse pronuntiauerit Iohannem (Matth. XI, 9. 11). si ergo, inquit, maior est omnibus, sine dubio et Moyse et ipso Iesu maior habendus est, quodsi omnium maior est, ipse est Christus. ad haec Cananaeus Simon respondens adseruit Iohannem maiorem quidem fuisse omnibus prophetis et omnibus qui sunt filii mulierum, non tamen maiorem esse filio hominis, et ideo Iesus quidem et Christus est, Iohannes vero solum propheta, et tantum interest inter ipsum et Iesum, quantum inter praecursorem et eum cui praecurritur et quantum inter eum qui legem dat et eum qui legem servat. haec et similia prosecutus siluit etiam Cananaeus. post quem Barnabas qui et Matthias, qui in locum Iudae subrogatus est apostolus, monere populum coepit, ne odio haberent Iesum neque blasphemarent eum. multo enim esse rectius, etiam ignoranti vel dubitanti de Jesu, amare eum quam odisse. caritati enim deus praemium posuit, odiis poenam. hoc ipsum enim, inquit, quod iudaicum corpus adsumsit et inter Iudaeos natus est, quomodo non omnibus vobis incentiva sui amoris incussit? haec et his similia cum perorasset, dicendi finem fecit. 61. tunc Caiphas doctrinam
Luc. VI, 20. Iesu culpare tentabat dicens eum res vanas locutum: beatos enim pauperes dixit (Matth. V, 3) et terrenas fore remunerationes promisit ac summam muneris in terrena hereditate constituit cibisque ac potu eos qui iustitiam servarint promisit esse saturandos, et his similia multa docuisse deprehenditur. cui Thomas respondens arguit

cum frustra caussantem, ostendens quia prophetae magis, quibus etiam ipse credit, ita docuerint nec tamen quomodo erunt haec aut quomodo percipientur ostenderint, Iesus vero qualiter accipi haec debeant demonstraverit. et cum haec atque his similia plura dixisset, siluit etiam Thomas. 62. post haec rursum Caiphas me intuens et nunc ut monens, nunc vero ut culpans dicebat, cessare me debere de reliquo a praedicatione Christi Iesu, ne in perniciem mei hoc agerem, neve ipse errore deceptus alios quoque meo errore deciperem. tum praeterea arguebat me temeritatis, quod cum essem ipse imperitus, piscator et rusticus, officium subire doctoris auderem. haec et alia plura his similia dicenti ego quoque (Petrus) in haec verba respondi: mihi quidem minus esse periculi, si, ut ipse ait, hic non sit Christus, quia doctorem legis receperim, ipsi vero ingens esse periculum, si hic ipse sit Christus, sicut et certe est. Ego enim credo huic qui apparuit; ipse autem cui alii fidem servare se credit, qui nullus apparuit? si vero et idiota, ut ais, et imperitus ac piscator et rusticus super presbyteros sapientes intelligam, hoc tibi, inquam, magis metum debet incutere. nam si ex eruditione aliqua disputans obtinerem vos sapientes et eruditos, videretur utique doctrina hoc mihi longi temporis et non divinae virtutis gratia contulisse, nunc autem cum, ut dixi, nos imperiti vos sapientes convincimus et superamus: cui sensum habenti non palam est, quia hoc non humanae argutiae opus est, sed divinae voluntatis et muneris?

63. Haec igitur et alia huiusmodi prosequentes consequenter protestati sumus ac docuimus nos imperiti et piscatores sacerdotes quidem de uno solo deo coeli [1]), Sadducaeos de resurrectione mortuorum, Samaritas de consecratione Hierusalem, non tamen ingressi civitatem ipsorum (Matth. X, 5), sed publice disputantes, scribas vero et Pharisaeos de regno coelorum, discipulos Iohannis, ne scandalum paterentur in Iohanne (Matth. XI, 6), omnem vero populum, quia Iesus est Christus aeternus. ad ultimum autem monui eos, ut priusquam progrederemur ad gentes praedicare eis agnitionem dei patris, ipsi reconciliarentur deo suscipientes filium eius [2]).

70. Cumque in eo iam res esset, ut venirent et baptizarentur, homo quidam inimicus [3]) tunc cum paucis admodum ingrediens templum clamare coepit et dicere: „Quid facitis, o uiri Israelitae? cur vobis tam facile subripitur? cur praecipites ducimini ab hominibus infelicissimis et a [Simone] mago deceptis"? cumque haec

1) Intellege: non templi „pro ambitione regia" constructi in loco „orationis causa" praedestinato (I, 38) in quo solo Moyses Israelitis idolis immolare consuetis deo soli immolare concessit usque ad tempus veri prophetae (I, 36. 37).

2) Disputationis publicae verus finis. post caedem ab inimico homine excitatam Petrus iam progressus est ad gentes Simonem magum secutus (III, 65), iussus per singulos annos praecipua quaeque ex dictis gestisque mittere ad Iacobum, „et maxime per septimanas annorum" (I, 72).

3) I, 71. 'inimicus ille homo', Caiphae legatus Damascum proficiscens, 'ut omnes qui crederent in Iesum persequeretur, aperte Paulus est, qui Gal. IV, 16 scripsit: ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν. itaque Petri epi. ad Iac. Clementis Hom. praemissa c. 2: τοῦ ἐχθροῦ ἀνθρώπου ἄνομόν τινα καὶ φλυαρώδη προσηκάμενοι διδασκαλίαν.

diceret et ad haec adderet ac superaretur ab episcopo Iacobo, conturbare populum et seditiones suscitare coepit, uti ne ea quae dicebantur plebs posset audire. igitur exagitare cuncta clamoribus et quae fuerunt multo labore ordinata convellere simulque accusare sacerdotes et opprobriis atque increpationibus coepit accendere et velut furibundus singulos quosque ad caedem concitare dicens: „Quid agitis, quid cessatis? o segnes et desides, cur non manibus nostris invadimus et discerpimus omnes hos"? et cum haec dixisset, primus rapto ex ara torre robusto caedis fecit exordium. tum deinde et caeteri videntes eum simul efferebantur insania. fit omnium clamor, caedentium pariter et caesorum, sanguis plurimus funditur, fuga permixta habetur, cum interim ille inimicus homo Iacobum aggressus de summis gradibus praecipitem dedit, quem cum mortuum credidisset ultra mulctare neglexit. 71. nostri vero sublatum eum collegerunt. erant enim et numero plures quam illi et virtute maiores, sed propter reverentiam dei ipsi magis interimi se a paucioribus quam interimere alios patiebantur. cum autem vespera adfuisset, templum quidem sacerdotes claudunt, nos vero ad domum Iacobi regressi et pernoctantes ibi in oratione ante lucem descendimus Hiericho ad quinque millia uiri [1]).

B. Ad alteram relationem, quae absente Iacobo apostolos in templo publice disputasse fingit (contra I, 55) pertinent iam ea, quae universalem regni dei praedicationem iam Iesu passionem statim secutam esse supponunt (contra I, 63). Petrus enim Clem. Recogn. I, 42: Verum quoniam necessarium erat, ut in locum eorum, qui increduli permanebant, vocarentur gentes, ut repleretur ille numerus, qui demonstratus fuerat Abrahae (Gen. XV, 5), mittitur in universum mundum salutaris regni dei praedicatio. perturbantur ob hoc mundani spiritus, qui libertatem quaerentibus semper obsistunt et ad destruendam dei aedificationem errorum machinas quaerunt, quibus hi, qui ad salutis et libertatis gloriam tendunt, obsistentes et agones adversum eos non minimos desudantes fortiores effecti ad salutis coronam veniant non sine palma victoriae.

I, 44 (septimana iam una ex passione domini completa annorum Petrus retulit): Cum autem nos XII apostoli ad diem paschae cum ingenti multitudine conuenissemus, Iacobo interrogante, quae a nobis per loca singula [in Iudaea?] gesta sint, audiente populo breviter exponimus. in quibus Caiphas pontifex, missis ad nos sacerdotibus, rogat venire ad se, ut aut ratione doceamus eum, quia Iesus aeternus sit Christus, aut ipse nos doceat quia non est, quo in utramlibet fidem universus populus conveniret. et hoc facere nos frequenter exorat. nos vero saepe distulimus, tempus semper opportunius requirentes.

Petrus iam „ad ultimum" locutus (I, 63) tantum abest ut sermonis finem faciat, ut I, 63—65 pergat sacramenta commendans, sacrificia condemnans. evangelii etiam gentibus praedicandi termi-

1) Numerus (cf. Act. IV, 4) huic relationi (cf. I, 43) optime convenit.

num statuit posteriorem, templi destructionem I, 64: „Et quia non vultis agnoscere emensum esse iam tempus hostias offerendi, ob hoc et destruetur et templum, et abominatio desolationis statuetur in loco sancto, et tunc gentibus evangelium praedicabitur ad testimonium vestri, ut ex illorum fide vestra infidelitas iudicetur“ (Matth. XXIV, 14. 15). qua templi subversione praedicta sacerdotes omnes furore moti a Gamaliele tamquam clandestino fidei socio sedantur iisdem fere verbis, quae Act. V, 38. 39 leguntur. Rec. I, 65: „Quod cum vidisset Gamaliel princeps populi (qui latenter frater noster erat in fide, sed consilio nostro inter eos erat), quia valde fremerent et ingenti aduersum nos furore moverentur, adsurgens ait: Quiescite paullisper, o viri Istraelitae! non enim advertitis tentationem, quae imminet vobis. propter quod desinite ab hominibus istis, et si quidem humani consilii est quod agunt, cito cessabit; si autem a deo est, cur sine caussa peccatis nec proficitis quicquam? dei enim voluntatem quis potest superare? nunc ergo, quoniam quidem in vesperam vergitur dies, crastino hoc ipso in loco audientibus vobis ego ipse cum istis disputabo, ut omnem errorem palam arguam dilucideque confutem . . . . et sic cum pace populum dimisit.“ quae profecto aliena sunt ab antecedentibus. pro Caipha concionem auspicato (I, 53) substituitur populum dimittens Gamaliel, qui adeo Cryptochristianus fuisse dicitur (I, 66. 71).

Iacobo vero, quasi publicae disputationi (I, 53) solus non interfuisset, Petrus sociique dicta gestaque exponunt apud eum cibo sumpto manentes (I, 66): „Igitur postera die Iacobus episcopus nobiscum simul et cum omni ecclesia ascendit ad templum, ubi ingentem reperimus multitudinem a medio noctis exspectantem nos. stetimus ergo in locis, quibus et prius, ut eminentius stantes ab universo populo cerneremur“ [1]). mitto Gamalielem specie vel fraude, Caipham sincere contra Christianos disputantem, a Iacobo vero refutatum, rem sine certo huius disputationis fine productam. I, 69: „Sed et de baptismate cum aliquanta dixisset (Iacobus), per VII continuos dies persuasit omni populo et pontifici, ut confestim ad percipiendum baptismum festinarent.“ non huius per VII dies continuatae, sed illius uno die certo absolutae disputationis finem vere facit homo inimicus subito adveniens caedemque fidelium excitans (I, 70).

Clem. Recogn. I, 73 prior relatio modo non extinguitur a Petro narrante: „quomodo evocati essemus a sacerdotibus et pontifice Caipha ad templum, et Iacobus archiepiscopus stans in summis gradibus per VII continuos dies universo populo de scripturis dominicis adsignaverit, quod Iesus esset Christus, quove modo omnibus iam adquiescentibus, ut ab eo baptizarentur in nomine Iesu, inimicus homo effecerit illa omnia, quae supra diximus.“ sed XII apostoli publice disputantes iam *Πέτρου κηρυγμάτων* libro VII. confirmantur.

1) Ei qui haec scripsit noti videntur fuisse Ebionaeorum Ἀναβαθμοὶ Ἰακώβου, de quo libro Epiphanius Haer. XXX, 16: Ἀναβαθμοὺς γάρ τινας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν τοῖς Ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται ὡς ἐξηγουμένου κατά τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν θυσιῶν κατά τε τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα.

4. Hierosolymitanorum fidelium posteri pauperes facti (cf. Act. IV, 34. 35).

De Ebionaeis Epiphanius Haer. XXX, 17: *αὐτοὶ δὲ δῆθεν σεμνύνονται ἑαυτοὺς φάσκοντες πτωχοὺς διὰ τό, φασίν, ἐν χρόνοις τῶν ἀποστόλων πωλεῖν τὰ αὐτῶν ὑπάρχοντα καὶ τιθέναι παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων καὶ εἰς πτωχείαν καὶ ἀποταξίαν μετεληλυθέναι καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι ὑπὸ πάντων φασὶ 'πτωχοί'.* hisce Ebionaeis Acta apostolum canonica iam nota videntur esse. sed eos omittere nolui.

5. Gentiles in Iudaeam profecti ad fidem conversi sunt.

Petrus Clem. Recogn. IX, 29: Ecce enim ex adventu iusti et veri prophetae vixdum VII anni sunt, in quibus ex omnibus gentibus convenientes homines ad Iudaeam et signis ac virtutibus quae viderant, sed et doctrinae maiestate permoti, ubi receperunt fidem eius, abeuntes ad regiones suas illicitos quosque gentilium ritus et incesta sprevere coniugia.

6. Ex septemviris ab Hierosolymitanis fidelibus electis primus Stephanus non memoratur nisi secundum Acta apostolum canonica, anno demum 177 p. Chr. a martyribus vel confessoribus Lugdunensibus et Viennensibus (apud Euseb. H. E. V, 2, 5). de secundo, qui est Philippus, sive septemviro sive apostolo, postea (cf. Act. XXI, 8) testes extra canonem audiendi sunt. tertius est Prochorus, cuius nomine scripta sunt Acta apostoli Ioannis apocrypha edita a Theodoro Zahn (1880) et Maximiliano Bonnet (Acta apost. apocryph. part. II, 1, Lips. 1898, p. 151—193). de Nicanore, Timone, Parmena nihil fere traditum est ab antiquis testibus, eo plura de Nicolao proselyto Antiochensi, qui est ultimus septemvir. auctor enim refertur fuisse Nicolaitarum haereticorum, quem excusare studuit Clemens Alexandrinus.

Irenaeus adv. haer. I, 26, 3: Nicolaitae autem magistrum quidem habent Nicolaum, unum ex VII, qui primi ad diaconium ab apostolis ordinati sunt, qui indiscrete vivunt. plenissime autem per Ioannis apocalypsin (II, 14. 20) manifestantur qui sint, nullam differentiam esse docentes in moechando et idolothyton edere quapropter dixit et de iis sermo (Apocal. II, 6): „sed hoc habeo quod odisti opera Nicolaitarum, quae et ego odi". III, 11, 1: Hanc fidem annuntians Ioannes domini discipulus volens per evangelii annuntiationem auferre eum qui a Cerintho inseminatus erat hominibus errorem et multo prius ab his qui dicuntur Nicolaitae, qui sunt vulsio eius quae falso cognominatur scientia.

Hippolytus in syntagmate contra omnes haereses deperdito, sed restituendo e Tertulliano qui dicitur adv. omn. haereses c. V, Philastr. haer. XXXIII, Epiphanio Haer. XXV Irenaei sententiam secutus est, quam etiam repetiit in Elencho (Philosoph.) VII, 36: *πολλῆς δὲ αὐτῶν* (Gnosticorum) *συστάσεως κακῶν αἴτιος γεγένηται Νικόλαος, εἷς τῶν ἑπτὰ εἰς διακονίαν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καταστα-θείς, ὃς ἀποστὰς τῆς κατ' εὐθεῖαν διδασκαλίας ἐδίδασκεν ἀδιαφορίαν βίου τε καὶ βρώσεως* (*γνώσεως* cod.), *οὗ τοὺς μαθητὰς ἐνυβρίζοντας*

τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τῆς ἀποκαλύψεως Ἰωάννης ἤλεγχε πορνεύοντας καὶ εἰδωλόθυτα ἐσθίοντας.

Clemens Alexandrinus Nicolaum invitum pessimae haereseos auctorem factum esse contendit Strom. II, 20, 118: τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολάῳ ἕπεσθαι ἀπομνημόνευμά τι τἀνδρὸς φέροντες ἐκ παρατροπῆς τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί. ἀλλ' ὁ μὲν γενναῖος κολούειν δεῖν ἐδήλου τάς τε ἡδονὰς τάς τε ἐπιθυμίας καὶ τῇ ἀσκήσει ταύτῃ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις. οἱ δὲ εἰς ἡδονὴν τράγων δίκην ἐκχυθέντες οἷον ἐφυβρίζοντες τῷ σώματι καθηδυπαθοῦσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ μὲν ῥακοῦται φύσει ῥευστὸν ὄν, ἡ ψυχὴ δὲ αὐτῶν ἐν βορβόρῳ κακίας κατορώρυκται, δόγμα ἡδονῆς αὐτῆς, οὐχὶ δὲ ἀνδρὸς ἀποστολικοῦ μεταδιωκόντων.

Idem Strom. III, 4, 25. 26: περί τε τῆς Νικολάου ῥήσεως διαλεχθέντες (II, 20, 118) ἐκεῖνο παρελείπομεν. ὡραίαν, φασί (cf. Euseb. H. E. III, 29, 2, φησί edd. ante Potter.), γυναῖκα ἔχων οὗτος μετὰ τὴν ἀνάληψιν τὴν τοῦ σωτῆρος πρὸς τῶν ἀποστόλων ὀνειδισθεὶς ζηλοτυπίαν εἰς μέσον ἀγαγὼν τὴν γυναῖκα γῆμαι τῷ βουλομένῳ ἐπέτρεψεν· ἀκόλουθον γὰρ εἶναί φασι τὴν πρᾶξιν ταύτην ἐκείνῃ τῇ φωνῇ τῇ ὅτι 'παραχρήσασθαι τῇ σαρκὶ δεῖ'. καὶ δὴ κατακολουθήσαντες τῷ γενομένῳ τῷ τε εἰρημένῳ ἁπλῶς καὶ ἀβασανίστως ἐκπορνεύουσιν ἀναίδην οἱ τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ μετιόντες. πυνθάνομαι δ' ἔγωγε τὸν Νικόλαον μηδεμιᾷ ἑτέρᾳ παρ' ἣν ἔγημεν κεχρῆσθαι γυναικί, τῶν τ' ἐκείνου τέκνων θηλείας μὲν καταγηράσαι παρθένους, ἄφθορον δὲ διαμεῖναι τὸν υἱόν. ὧν οὕτως ἐχόντων ἀποβολὴ πάθους ἦν εἰς μέσον τῶν ἀποστόλων ἡ τῆς ζηλοτυπουμένης ἐκκύκλωσις γυναικός, καὶ ἡ ἐγκράτεια τῶν περισπουδάστων ἡδονῶν τό 'Παραχρῆσθαι τῇ σαρκὶ' ἐδίδασκεν. οὐ γὰρ οἶμαι ἐβούλοντο κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐντολὴν 'δυσὶ κυρίοις δουλεύειν' (Matth. VI, 24), ἡδονῇ καὶ θεῷ.

7. Saulus (Paulus) Christianos persecutus est (cf. Act. VII, 58. VIII, 1. 3, IX, 1 sq.).

a) Paulus non Tarsi natus (contra Act. XXI, 39. XXII, 3).

Hieronymus de vir. illustr. c. V: Paulus apostolus, qui ante Saulus, extra numerum XII apostolorum de tribu Beniamin ex oppido Iudeae Giscalis fuit, quo a Romanis capto cum parentibus suis Tarsum Ciliciae commigravit, a quibus ob studia legis missus Hierosolymam a Gamalielo, viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est.

Idem in epi. ad Philem. v. 23: Aiunt parentes apostoli Pauli de Giscalis regione fuisse Iudaeae, et eos, cum tota provincia Romana vastaretur manu, et dispergerentur in orbem Iudaei, in Tarsum urbem Ciliciae fuisse translatos. parentum conditionem adolescentulum Paulum secutum.

b) Paulus non Hebraeus natione (contra Act. XXI, 39. XXII, 4 etc.).

Ebionaei (Anabathmis Iacobi usi) apud Epiphanium Haer. XXX, 16: Ταρσέα μὲν αὐτόν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ καὶ οὐκ ἀρνεῖται, λέγοντες, ἐξ Ἑλλήνων δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται, λαβόντες τὴν πρόφασιν

I, 23. *καὶ ἔστησεν δύο.* Petro ipsi duos sufficiendos proponenti Augustinus addidit Petrum solum orationem habentem v. 24. etiam si Petri primatus ab occidentalibus inductus est, textus eorum fundamentum non destruitur. — *Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρνάβαν, ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν.* ne D cett. quidem Iosephum nominatum Barnabam, cui cognomen Iusti, Galilaeum (cf. II, 7) confundunt cum illo viro, qui inducitur IV, 36 *Ἰωσὴφ ὁ ἐπικαλούμενος Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ὅ ἐστιν μεθερμηνευόμενον υἱὸς παρακλήσεως, Κύπριος λευίτης τῷ γένει.* utrique Iosepho datum est cognomen *Βαρνάβας*, de quo Hieronymus (lib. interpretationis hebr. nom. p. 67, 23 sq. ed. Lagard.): „Barnabas filius prophetae vel filius venientis aut (ut plerique putant) filius consolationis.“ sed soli Cyprio Iosepho apostoli hoc cognomen dederunt. non utrumque

Iosephum, sed utrumque Iudae sufficiendum confudit Clemens Romanus nomen *Βαρνάβας* h. l. confirmans Recogn. I, 60: „Barnabas qui et Matthias, qui in locum Iudae subrogatus est apostolus." Iudaeochristianis enim Barnabas notus est ipsius domini discipulus. cf. quae supra (nr. III, 2 p. 203 sq.) collecta sunt. textus receptus exhibet *Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαββᾶν* vel *Βαρσαβᾶν*, quod nomen (Sabbae vel Sabae filius) in textu rec. etiam alii viro tribuitur Act. XV, 22 *πέμψαι εἰς Ἀντιόχειαν σὺν Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ Ἰούδαν τὸν καλούμενον Βαρσαββᾶν καὶ Σίλαν.* sed cod. D ibi servavit *Ἰούδαν τὸν καλούμενον Βαραββᾶν*, quod vere honoris nomen est: patris i. e. Rabbini filium (cf. Mt. XXIII, 9). in Pauli passionis fragm. 2 (ed. R. A. Lipsius, Act. apostolorum apocryph. part. I. 1891, p. 108, 13) idem vir dicitur graece *ὁ Βαρσαβᾶς Ἰοὺστος* (cf. Act. I, 23), latine p. 129, 15 Barnabas Iustus.

II, 1. *καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις τοῦ συνπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς, ὄντων αὐτῶν πάντων ἐπὶ τὸ αὐτό.* haec conveniunt ad I, 5: *οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας* (plures dies) *ἕως τῆς πεντηκοστῆς* (singulum diem, quo nondum finito *ἡ πεντηκοστή* adhuc implenda est, cf. XX, 27 *συντελουμένης δὲ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας*). textus receptus locutionem difficilem *ἐγένετο — τοῦ* hoc loco (non X, 25) vitavit et discrimen, quod inter plures dies praecedentes et singulum ultimum intercedit, iam sublatum in d, prorsus delevit.

II, 6. *ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος λαλοῦντας ταῖς γλώσσαις αὐτῶν*, cf. VII, 12. IX, 4. XXVI, 14 text. rec. *ὅτι ἤκ. εἷς ἕκ. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν.*

II, 12. 13. *ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν ἄλλος πρὸς ἄλλον ἐπὶ τῷ γεγονότι καὶ λέγοντες Τί θέλει τοῦτο εἶναι; ἕτεροι δὲ διαχλεύαζοντες ἔλεγον ὅτι γλεύκους οὗτοι μεμεστωμένοι εἰσίν.* voc. *καὶ* ante *λέγοντες*, quod textus rec. omisit, vix abundat. auditores omnes stupefacti deliberabant 'alius ad alium' de miro facto. in qua deliberatione etiam exclamatur: 'Quid vult hoc esse?' ex deliberantibus vero procedunt cavillantes, quasi musto isti repleti essent. post stuporem deliberatio de miro facto, quae etiam verbis exprimitur, denique nonnulli cavillantur. text. rec. praeter illud *καὶ* om. *ἐπὶ τῷ γεγονότι* et sequentia brevius reddidit.

II, 17—21. Ioël III, 1—5 (II, 28—32) in D sociisque liberius laudatur, in textu rec. e LXX suppletur et augetur. uterque textus dedit *ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις* pro *μετὰ ταῦτα*, add. *λέγει κύριος* (vel *ὁ θεός*), invertit ordinem sententiarum LXX *καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται.* uterque textus add. *μου* post *τὰς δούλας*, etiam *ἄνω* et *κάτω*. sed D sociique om. *καὶ* ante *ἐκχεῶ* primum, dederunt bis *αὐτῶν* pro *ὑμῶν*, om. tertium et quartum *ὑμῶν*, om. *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*, quae iam praeceperunt, tum *αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ* et *καὶ ἐπιφανῆ*. quae omnia in textu rec. ad LXX interpretes redacta sunt. pro *ἐγώ*, quod D quinto *καὶ* addidit, in textu rec. scriptum est *γε*. in solo textu rec. additur alterum *καὶ προφητεύσουσιν*, apud D sociosque nihil repetitur neque e Ioële redduntur quae nihil ad rem

faciunt. humani generis filii filiaeque, adolescentes et seniores inducuntur, re vera servi et ancillae domini. quae vero sursum prodigia et deorsum signa dabuntur ad Iesum in nube rediturum et spiritum sanctum in ecclesiam effundendum spectare videntur.

II, 22. *Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ δεδοκιμασμένον* (*ἀποδεδειγμένον* t. r.) *εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις.* ne quis Iesum examen quoddam superasse putaret, textus recepti auctori placuisse videtur 'a deo designatus'.

II, 23. *σταυρῷ* (cf. v. 36) vel casu vel consilio (quasi abundans) graece omissum videtur esse.

II, 25—27. Ps. XV, 8—11. post *τὸν κύριον* D add. *μου*, in B cett. omissum. sed *ἡ καρδία μου* cum LXX, *μου ἡ καρδία* B cett.

II, 30. *ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ* (Davidi) *ὁ θεός, ἐκ καρποῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ κατὰ σάρκα ἀναστῆσαι τὸν Χριστόν καὶ καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ.* Ps. LXXXVIII, 4. 5. LXX *ὤμοσα Δαυὶδ τῷ δούλῳ μου Ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου.* LXXXI, 11 *ὤμοσεν κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου* (מִפְּרִי בִטְנוֹ) *θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου*, quod D exhibet *ἐκ καρποῦ τῆς καρδίας* offendere non debebat. nam פְּרִי בֶטֶן (cf. Deut. VII, 13. XXVIII, 4. 11. XXX, 9. Mich. VI, 7) sic vertere licet. quod vero BאAC Psch. gig. om. *κατὰ σάρκα ἀναστῆσαι τὸν Χριστὸν καὶ*, ex uno codice (x) fluxit, ubi eadem ratione, qua in Dd *προϊδὼν ἐλάλησεν περὶ τῆς* desunt, lineola neglecta erat. altera familia, quae illa servavit, non omni ex parte cum D convenit (ut Ph Iren.), sed etiam paululum differt (EM).

II, 34. Ps. CIX, 1 in D liberius laudatus in ceteris omnibus ad LXX redactus est.

II, 37. *τότε πάντες οἱ συνελθόντες καὶ ἀκούσαντες κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, καί τινες ἐξ αὐτῶν εἶπαν πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς ἀποστόλους Τί οὖν ποιήσομεν, ἀδελφοί; ὑποδείξατε ἡμῖν.* haec optime scripta esse constat. in textu rec. sublatum est discrimen auditorum omnium et eorum, qui Petrum apostolosque rogaverunt, quid sibi faciendum esset. iam apud Thomam Heracl. desunt *καί τινες ἐξ αὐτῶν*, in E etiam *πάντες οἱ συνελθόντες*. itaque etiam *ὑποδείξατε ἡμῖν* sensim omittebantur.

II, 45. *καὶ ὅσοι κτήματα εἶχον ἢ ὑπάρξεις ἐπίπρασκον* omisso *εἶχον* male breviata in textu rec. (inde ab E).

II, 46. *πάντες τε προσεκαρτέρουν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἴκους ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ* mire corrupta inde ab E.

II, 47. *ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν κόσμον* (cf. Ioan. XI, 19). hyperbole iam in E sublata est lectione *λαὸν* pro *κόσμον*. sed E. Nestle et F. Blass variam lectionem sagaciter revocaverunt ad vocabula עלמא (*κόσμον*) et עמא (*λαὸν*) tamquam aramaei sermonis vestigium. — *καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.* haec abundare videbantur, itaque iam desunt (*ἐν*) *τῇ ἐκκλησίᾳ* in BאAC, textus recepti codicibus primariis.

III, 1. *τὸ δείλινον* confirmatur sequentibus (IV, 3 *ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη*), sed abundare videbatur, iam in E omissum.

III, 8. *χαιρόμενος*. formam vulgaris sermonis (cf. *χαρήσομαι*) iam E emendavit (*χαίρων*), reliqui omiserunt.

III, 11. *ἐκπορευομένου δὲ τοῦ Πέτρου καὶ Ἰωάνου συνεξεπορεύετο κρατῶν αὐτούς*. claudum sanatum cum duobus apostolis templum intrasse etiam textus rec. v. 8 retulit, sed eum cum iisdem exiisse reticuit. — *οἱ δὲ θαμβηθέντες ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ Σολομῶνος ἔκθαμβοι*. offendi poterant lectores v. 8. 10 non reputantes. omnis populus, qui non cum Petro et Ioanne templum intravit, foris manens claudum viderat ambulantem et laudantem deum atque stupuerat. hi ipsi etiam ex templo exeunte sanato illo cum apostolis stant in porticu Salomonis stupidi. stupefacti erant, stupidi adhuc sunt. qua ratione ignorata iam in fl. inductus est novus populi concursus. itaque B cett. etiam v. 12 *ἰδὼν δὲ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν λαόν*.

III, 14. *ἐβαρύνατε* E. Nestle et F. Blass opinati sunt Lucam prius (in *β*) scripsisse in libello aramaico falso legentem כבדתם, postea (in *α*) melius legisse כפרתם et scripsisse *ἠρνήσασθε*. sed Iudaei Luc. XXIII, 2 sq. Iesum vere gravaverunt accusationibus. quod eum negaverunt iam v. 13 dictum est.

III, 21. *τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν*. B cett. inseruerunt (*τῶν*) *ἀπ' αἰῶνος* secundum Luc. I, 70.

III, 22. 23. Deut. XVIII, 15. 18. LXX *ὁ θεός σου*, D al. *ὁ θεὸς ὑμῶν*, E al. *ὁ θεὸς ἡμῶν*, B al. *ὁ θεός*. pro *ὡς ἐμέ* (cf. VII, 37) D *ὡς ἐμοῦ*, fortasse sequenti *αὐτοῦ* conformatum.

IV, 1. *οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι* sufficiunt. EB sqq. inseruerunt *καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ*.

IV, 6. „*Ἰωνάθης* unus ex Hannae filiis, post Caipham sacerdos summus, Ios. [Ant.] 18, 4, 3. dubium non est, rectius D nomen conservasse quam ceteros codd., qui *Ἰωάννην* vulgatum nomen hominemque ignotum substituerunt.“ Blass, quem refellere studuit B. Weiss l. l. p. 108.

IV, 11. 12. Athous cod. Laurae 184 (Ed. v. d. Goltz l. l. p. 40) *οἰκοδόμων* (*οἰκοδομῶν* v. d. Goltz) *οὐδὲ*, *ὄνομα ἐστὶ* et *ὑπὸ τὸν οὐρανόν*.

IV, 15. *αὐτούς* confirmat Athous cod. Laurae 184 schol. (v. d. Goltz p. 36).

IV, 17. *ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖόν τι διανεμηθῇ, εἰς τὸν λαὸν τὰ ῥήματα ταῦτα* t. r. om. *τι* et *τὰ ῥήματα ταῦτα*. H. H. Wendt: „Als Subject ist formell nach v. 16 *τὸ σημεῖον* aufzufassen, das zwar als in Jer. schon stadtbekannt bezeichnet ist, aber doch, wie in Jer., so auch ausserhalb Jer. [sed cf. IV, 21: *διὰ τὸν λαόν*, V, 26 al.] noch weiter bekannt werden könnte. Dem Sinne nach ist es freilich, wie aus dem beschlossenen Verbote hervorgeht, das Reden im Namen Iesu [*τὰ ῥήματα ταῦτα*], was sich nicht weiter ausbreiten soll.“

IV, 19. *ἀποκριθεὶς δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάνης εἶπον πρὸς αὐτούς*. Petro Ioannes ita adiungitur (III, 1. 3. 4 *ἐμβλέψας δὲ ὁ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν Ἰωάνην καὶ εἶπεν*. cf. IV, 13. VIII, 14), ut hic a posteriore scriptore (R) additus esse videatur. quod si verum est, in D solus singularis numerus *εἶπεν* in pluralem mutatus videtur, perfecta vero

mutatio esse in t. r.: *ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀποκριθέντες εἶπον πρὸς αὐτούς.*

IV, 31. *παντί τῳ θέλοντι ἀκούειν* scripsi, quam scriptionem etiam 1. Cor. XV, 8. Rom. V, 7 defendi (Zeitschrift f. wiss. Theol. 1895, III, p. 434). testibus ibi laudatis addo etiam Orig. Tom. XX, 12 in Ioan. *εἴ τῳ δὲ φίλον παραδέξασθαι κτλ.*

V, 12. 13. *Διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο σημεῖα καὶ τέρατα πολλὰ ἐν τῷ λαῷ. καὶ ἦσαν ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῇ στοᾷ τῇ Σολομῶνος, καὶ οὐδεὶς τῶν λευϊτῶν* (λοιπῶν testes omnes) *ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς. ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός, μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ κυρίῳ πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.* frustra omnes interpretes tentaverunt illud *λοιπῶν*, quod omnes testes tradiderunt: apostolis enim omnibus congregatis in templo, ibi in porticu Salomonis, populo apostolos celebrante, reliqui qui apostolis adhaerere non audebant, minime sunt, „qui nondum ecclesiae socii erant“ (Blass.). si textus sanus esset, post apostolos memorati *οἱ λοιποί* intellegendi essent fideles. sed horum neminem ausum esse apostolis adhaerere quis credet? perterrita quidem esse V, 11 dicitur Ananiae et Sapphirae morte universa ecclesia. sed fideles apostolorum societatem fugientes tot viris ad fidem conversis (II, 41. IV, 4) minime conveniunt. ne id quidem censere licet, illos apostolorum societatem vitasse propter pericula, quibus tot viri fidem accipientes non deterrebantur. infideles etiam H. H. Wendt intellexit: „Gemeint ist, dass man sich in die Gemeinschaft der Christen überhaupt in keiner Weise, die sie hätte stören können, eindrängte. Man liess sie aus Respect (*ἐτόλμα*) für sich.“ sed *οἱ λοιποὶ* post apostolos memorati non sunt ipse populus (*ὁ λαός*) e contrario (*ἀλλ'*) apostolos celebrans. iidem, qui venerantes non audebant accedere procul celebrassent apostolos! sed reliquis apostolos vitantibus opponitur potius quam coniungitur populus eos celebrans. dementis est reliquos (*τῶν δὲ λοιπῶν*) praeponere populo, quasi huius partem. tradita lectio conservanda esset, si fides habenda esset Eberardo Nestle (Philologica sacra, Berolini 1896, p. 27 sq.) hanc sententiam ferenti: esse *τοὺς λοιποὺς* חברים, *ἐθνικούς*, non gentiles, sed socios scribarum. sic cod. D Luc. XI, 2 *μὴ βαττολογεῖτε, ὡς οἱ λοιποί* (Mt. VI, 7 *ὥσπερ οἱ ἐθνικοί*). vocem *ἐθνικοί* vir doctissimus retulit ad *ἔθνος*, חבר, societatem, non ad *ἔθνη*, גוים. idem codex Marc. III, 21 *οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποί* (pro *οἱ παρ' αὐτοῦ*). itaque intellegendos esse scribas et socios vel reliquos, scribarum appendicem quandam. quae si vera sunt, Act. V, 13 *οἱ λοιποὶ* dicuntur Pharisaeorum socii, illi חברים, quos Iac. Levy (Neuhebr. u. chald. Wörterbuch s. v. חבר) interpretatur: „Genossen der Gelehrten und Frommen, welche sich von dem gewöhnlichen Volke fernhielten, eine strenge Pflichterfüllung befolgten und namentlich die Gesetze der levitischen Reinheit sowie die Entrichtung der Priester- und Leviten-Abgaben und dgl. sorgfältig beobachteten.“ profecto apti essent tales „reliqui“ inter apostolos in templo versantes et populum eos celebrantem, si praecederent *οἱ γραμματεῖς* (ut Mc. III, 21, ubi in D cognatos Iesu, ipsos fratres, ut apud Syrum Sinait., consilio

exclusos esse video), si constaret, Luc. XI, 2 D τοὺς λοιποὺς significare τοὺς ἐθνικοὺς illo sensu insolito. etiam apud Graecos profanos est ἐθνικός: populo (non sectae) proprius. scribarum socios simpliciter appellatos esse τοὺς λοιπούς, minime constat. itaque lectionem quamvis ab omnibus traditam corruptam esse censeo, ΛΟΙΠΩΝ ex ΛΕΥΙΤΩΝ, iam scripto ΛΕΥΠΩΝ, tum correcto in ΛΟΙΠΩΝ. apostolis in templo versantibus Levitarum nemo adhaerere ausus est, sed populus eos celebravit.

V, 16. συνήρχετο δὲ πλῆθος τῶν περιπολίων (τῶν πέριξ πόλεων t. r.) εἰς Ἱερουσαλήμ. sic edere ausus sum secutus d (finium) et D (περι πολεων). non dico, apostolis congregatis in porticu Salomonis, ubi comprehenduntur a pontifice maximo, nos nimium abduci ex vicinis civitatibus concurrente multitudine. nam V, 14—16 a R interiecta esse censeo. sed quaero, quaenam πόλεις sitae sint circum Hierosolyma, τὴν πόλιν (Mt. XXI, 10. 17. 18. XXVI, 8. XXVIII, 11. Marc. XI, 19. XIV, 13. 16. Luc. XIX, 41. XXII, 10. XXIII, 19. XXIV, 49. Act. VII, 58. XII, 10. XXI, 29. 30. XXII, 3. XXIV, 12). ipsa Bethleem, πόλις Δαυίδ (Luc. II, 4) dicitur Ioan. VII, 42 ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης. profecto κῶμαι circum τὴν πόλιν, cf. Mt. XXI, 17. 18 ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως εἰς Βηθανίαν καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ. πρωῒ δὲ ἐπαναγαγὼν εἰς τὴν πόλιν ἐπείνασεν. tales κῶμαι sunt Bethphage (Mt. XX, 1, 2, cui Mc. XI, 2. Luc. XIX, 29. 30 addiderunt Bethaniam, cf. Ioan. XI, 1. 30), Emmaus (Luc. XXIV, 13. 28). Saulus Christianos persequens ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις procul pervenit Damascum (Act. XXVI, 11. 12). suburbana vero dicuntur τὰ περιπόλια 1. Chron. VI, 71 (56), 1. Macc. XI, 61.

V, 18. καὶ ἐπορεύθη εἷς ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια (cf. XIV, 18). haec in t. r. omissa B. Weiss (l. l. p. 64) contendit addita esse ab emendatore ex Ioan. VII, 53, sed argumentis ea confirmavit potius quam refellit. „Der Emendator scheint sich daran gestossen zu haben, dass das von den Hierarchen v. 17 f. v. 21 Erzählte durch v. 19 f. unterbrochen wird [nocte intercedente], und lässt mit einer offenbaren Reminiscenz an Ioh. 7, 35 [l. 53]. . ., als ob sie die Verhaftung und Einkerkerung der Apostel in Person vollzogen hätten [sic etiam t. r. v. 18], die Hierarchen erst nach Hause gehen [sole occidente]. Darum knüpft er auch 5, 19 mit dem ihm so beliebten τότε . . . und dem nachdrücklich vorangestellten δια νυκτος an, um anzudeuten, dass das Folgende sich zutrug, während sie Nachts ruhig zu Hause waren [non aliter t. r.], und lässt die Hierarchen erst wieder 5, 21 auftreten, nachdem sie in der Frühe aufgestanden sind [ὑπὸ τὸν ὄρθρον etiam t. r.] . . . . Wenn aber 5, 22 das ανοιξαντες την πυλην, wie nachher das εσω, aus v. 23 anticipirt wird [ibi quae facta sunt repetuntur], so übersieht der Emendator, dass es dort durch die verschlossenen Thüren motivirt ist, hier aber ein sehr müssiger Zusatz". quasi non licuisset narrare ministros aperto carcere apostolos non invenisse intus, antequam ministri reversi eadem fere retulerint: ceterum etiam vulg. versio V, 22. 23: cum autem venissent ministri et aperto carcere non invenissent illos, reversi nunciaverunt.

V, 29. *ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν πρὸς αὐτούς Πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.* verum linearum ordinem iam D^2d^2 restituerunt, in D^1d^1 inversum. inversionis vero origo fortasse cognoscitur ex E et Latinis nonnullis, quos Blassius secutus est: *ἀποκριθεὶς δὲ Πέτρος εἶπεν πρὸς αὐτούς Τίνι πειθαρχεῖν δεῖ, θεῷ ἢ ἀνθρώποις; ὁ δὲ εἶπεν Θεῷ. ὁ δὲ Πέτρος εἶπεν πρὸς αὐτούς Ὁ θεὸς κτλ.* quem textum ego non improbo, sed codicem D deserere nolui.

V, 34. Dd gig. par. *δόξῃ* pro *δεξιᾷ*, cf. II, 33.

V, 36. *ὃς διελύθη αὐτός, δι' αὐτοῦ καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐθέν.* cf. v. 37 *κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διεσκορπίσθησαν.* Blassius edidit: *ὡς διελύθη αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ κτλ.* quam lectionem B. Weiss l. l. p. 65 improbavit, I. Belser l. l. p. 27 defendit.

V, 38. *καὶ τὰ νῦν εἰσὶν ἀδελφοί, λέγω ὑμῖν* B. Weiss l. l. p. 64 ipsum emendatorem scripsisse censuit, quasi Gamaliel monuisset, accusatos tamquam fratres habendos esse. sed voc. *εἰσὶν* d et fl. ignorant, D^2 improbavit. neque illa sententia convenit ad sequentia, quibus neque amor fraternus neque infestatio commendatur.

V, 39. *εἰ δὲ ἐκ θεοῦ ἐστίν, οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι αὐτούς, οὔτε βασιλεῖς οὔτε τύραννοι. ἀπέχεσθε οὖν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων, μήποτε θεομάχοι εὑρεθῆτε.* eadem fere B. Weiss l. l. p. 66 improbavit tamquam ab emendatore dilatata, Belser l. l. p. 28 sq. acerrime defendit. neque reges neque tyranni contra deum impotentes offendunt. cf. Sap. Sal. XII. 14 *οὔτε βασιλεὺς ἢ τύραννος ἀντοφθαλμῆσαι δυνήσεταί σοι* (deo) *περὶ ὧν ἐκόλασας.* VI, 10. 22. VIII, 15. XIV, 16. Sir. XI, 5. 1. Macc. I, 4. 2. Macc. IV, 25. V, 8. 3. Macc. VI, 24. quod Gamaliel vero monet: „abstinete vos ab hominibus his", tantum abest, ut priora (v. 38) praeter rem repetat, ut sine his verbis in t. r. omissis *μήποτε κτλ.* vix intellegamus. interpretes varia supplent.

VI, 1. *ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ (τῇ) καθημερινῇ τῶν Ἑβραίων (ὑπὸ τῶν διακόνων τῶν Ἑβραίων* fl. Blass. et Bels.). quae Blassius edidit Bernardo Weiss stupide scripta videntur esse. viro cl. fortasse minus displicebunt quae equidem edidi. qui enim factum sit, ut Hellenistarum viduae „in ministerio diurno" neglectae essent, inde intellegitur, quod solum „ministerium Hebraeorum" exercebatur. quae corrupte scripta esse censuit Blassius, ego quasi superflua omissa esse arbitror in textu recepto.

VI, 11. B. Weissio (l. l. p. 66) displicuit *τότε* positum post verba in t. r. omissa. sed. cf. XXVII, 21. XXVIII, 1. Floriacensis interpres vertens potius quam emendans scripsit: tunc itaque.

VII, 2—4. *ὁ θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν. καὶ εἶπεν πρὸς αὐτόν Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ τῆς συγγενείας σου καὶ δεῦρο* (*καὶ δεῦρο* LXX cod. A, om. cett.) *εἰς τὴν γῆν ἣν ἄν σοι δείξω. τότε Ἀβραὰμ ἐξῆλθεν ἐκ γῆς Χαλδαίων καὶ κατῴκησεν εἰς Χαρράν. κἀκεῖ ἦν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ μετῴκισεν αὐτὸν ὁ θεὸς εἰς τὴν*

γῆν ταύτην κτλ. inter omnes constat haec non convenire ad Gen. XI, 31 sq., ubi Abraamo iam habitanti Carris deus visus paterque ibi mortuus esse traditur. quas difficultates vitavit Irenaeus adv. haer. III, 12, 10 Stephani verba brevius reddens. Gigas v. 2 fin. exhibens: „priusquam mortuus est pater eius“, om. v. 4 μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ. Parisinus cod. lat. 321: „deus glorie apparuit patri nostro abrahe cum esset in mesopotamia (syrie priusquam moraretur add. in marg.) in charran postquam mortuus est pater ipsius (antequam mortuus esset pater eius et inde transmigravit illum in terram caldeorum in marg.) et dixit ad eum: Exi de terra tua et de cognacione tua et veni in terram quamcunque tibi demonstravero. et inde (postquam mortuus est pater eius in marg.) transtulit eum in terra hac (terram hanc sec. man.).“ itaque Blassius formam Romanam (β) hanc edidit: ὁ θεὸς τῆν δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ [ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ἐν Χαρράν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ] καὶ εἶπεν πρὸς αὐτόν Ἔξελθε ἀπὸ τῆς γῆς σου καὶ τῆς συγγενείας σου καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω, καὶ μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην κτλ. unde verba uncis inclusa?. Blassius (ed. min. p. XIV sqq.). asseruit: „fuerat qui verbis Stephani quae sunt de Abrahae migratione (v. 2) explicationem adderet e Genesi facili negotio petitam: ὅτε Ἀβραὰμ ἐξῆλθεν ἐκ γῆς Χαλδαίων καὶ (vel ἐξελθὼν omisso καὶ) κατῴκησεν εἰς Χαρράν, κἀκεῖ ην μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ. ita enim fere Dd, nisi quod τότε habet pro ὅτε (ἐξελθὼν D, sed non d; καὶ Dd). quae verba cum Lucae esse putarent neque tamen versui 2 addere possent [sed ibi leguntur in omnibus codicibus et versionibus οντι εν τη μεσοποταμια πριν η κατοικησαι αυτον εν Χαρραν, gig. etiam add. πριν η αποθανειν τον πατερα αυτου], inferserunt in v. 4, ὅτε in τότε mutato. sed non satis fecit id correctoribus Alexandrinis: qui primum deleverunt Ἀβραὰμ, quod inutile videbatur . . ., dein pro κἀκεῖ ἦν substituerunt κἀκεῖθεν, porro versui 2 temerariis manibus illatis verba μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, quae ibi habet Paris., vel deleverunt vel in πρὶν ἢ ἀποθ. κτἑ. mutaverunt (ita Gigas, simul omittens haec verba in v. 4), et quod maximum audacissimumque, inter Μεσοπ. et ἐν Χαρράν (quae sic coniuncta exhibet Par.) inserueunt πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτόν. vides quanta fuerit illorum [omnium fere testium] doctrina geographica, qui nescirent Carras esse Mesopotiamae, quanta Genesis narrationum scientia, quanta denique sit fides habenda codicibus illorum manus expertis. ecce autem verae lectionis alter testis etiam sincerior se praebet Irenaeus, qui totum locum a v. 2 usque ad 8 τὸν Ἰσαὰκ ad verbum afferens [brevius potius reddens] non modo eadem omittit quae Parisinus, sed etiam ea quibus partim in omnibus, partim in Par. (Gig.) v. 2 auctus invenitur: ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ἐν Χαρράν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ. delenda igitur haec quoque, neque ea quisquam desiderabit.“ solum igitur Irenaeum Stephani verba abbreviantem nactus corrector Halensis ceteros testes omnes damnavit tamquam adulteratores sive versus 2 sive versus 4 plausumque tulit Belseri, nisi quod hic v. 2 Gigantem secutus est (p. 48, not. 1).

VII, 29. *οὕτως καὶ* (*καὶ οὕτως* Blass) *ἐφυγάδευσεν* (intransitive) *Μωϋσῆς* D, *ἐφυγάδευσεν* (transitive) *δὲ Μωϋσῆν* E, *ἔφυγεν δὲ Μωϋσῆς* B cett., ne dubius sit sensus. ipse B. Weiss l. l. p. 67: „Käme die Lesart nicht in D vor, wo sich so viel wohlüberlegte Correcturen finden, so wäre ich nicht abgeneigt, sie für ursprünglich zu halten."

VII, 43. *ἐπὶ τὰ μέρη Βαβυλῶνος.* Am. V, 26 LXX *ἐπέκεινα Δαμασκοῦ.* commixtus videtur esse textus rec. *ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.*

VII, 51. iuxta *σκληροτράχηλοι* Athous cod. Laurae 184 saec. X in marg.: *νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου* (Ies. XLVIII, 4) *μὴ βουληθέντες τὸν ἐλαφρὸν ζυγὸν τοῦ σωτῆρος* (Mt. XI, 30) *ἀναδέξασθαι· ὑμεῖς οἱ κύνες οἱ ἐννεοί* (Ies. LVI, 10), *ὑμεῖς οἱ λύκοι τῆς Ἀραβίας* (Hab. I, 8), *ὑμεῖς οἱ χρειματισταὶ ἵπποι* (Am. VI, 7), *ὑμεῖς οἱ κερατισταὶ ταῦροι* (Ier. XXVII, 11), *ὑμεῖς οἱ θωπάζοντες ἀλώπεκες* (Ezech. XIII, 4), *ὑμεῖς τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀντιπίπτετε· πῶς; ὅτι αὐτὸς ὁδηγεῖ, ὑμεῖς δὲ πλανᾶτε. αὐτὸς φωτίζει, ὑμεῖς δὲ σκοτίζετε. αὐτὸς σφραγίζει, ὑμεῖς δὲ ἀποσυλᾶτε.*

ταῦτα ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις εὕρομεν παρακείμενα.

VIII, 1. *οἳ ἔμειναν ἐν Ἱερουσαλήμ.* haec in t. r. omissa B. Weiss l. l. postea addita esse censuit; praecedere enim *ἐν Ἱεροσολύμοις*, sed E (*ιλημσολυμοις*) dubitavit, utram formam praeferret. scribae vero nonnumquam fluctuaverunt.

VIII, 4. *οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον.* Blass secutus p w al. lat. edidit: *οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἐπορεύοντο εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον κατὰ τὰς πόλεις καὶ κώμας τῆς Ἰουδαίας.* eadem fere ratione etiam v. 5 secundum solum p^1 edidit *εἰς Σαμάρειαν τὴν πόλιν* (ipsam ubem principem) pro *εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας.*

VIII, 24. *καὶ πολλὰ κλαίων οὐ διελίμπανεν.* haec videntur in t. r. ideo omissa esse, quia Simon magus vere poenitens displicuit. omnium haeresium auctorem vere poenitentem vix aliquis addidisset.

VIII, 37. *εἶπεν δὲ αὐτῷ ὁ Φίλιππος Ἐὰν πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, σωθήσῃ. ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν Πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἶναι Ἰησοῦν Χριστόν.* hanc simplicem eunuchi baptizandi confessionem illis non satis fuisse, qui iam symbolo copiosiore uti consueti erant, docet v. 1. *ἔξεστιν* (quasi exceptio esset) pro *σωθήσῃ* (utrumque del. Blass). qui vero ne exceptione quidem talem confessionem sufficere putabant, totum versum delevisse videntur (t. r.). Athous cod. Laurae 184 *εἶπε δὲ αὐτῷ Ἐὰν πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, ἔξεστιν, ἀποκριθείς δὲ εἶπεν Πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἶναι Ἰησοῦν Χριστόν.* in marg.: *πότε καὶ ἐπὶ ποίᾳ ὁμολογίᾳ ἐπιτρέπει τὸ βάπτισμα.* cf. infra ad XVIII, 8. E. v. d. Goltz l. l. p. 40, not. 1, contulit etiam Catenas ad Act. app. XIII, 44. XVI, 34. XXII, 16. ad XVI, 14. *Ἀμμωνίου· Σημειωτέον, ὅτι δεῖ πρῶτον τὰς κατηχήσεις γίνεσθαι, καὶ ὅταν δὲ δέξωνται τὸν λόγον οἱ ἀκούοντες, τότε ἐπιφέρειν καὶ τὸ βάπτισμα.*

VIII, 39. *ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, πνεῦμα κυρίου (ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ κυρίου) ἥρπασεν τὸν Φίλιππον ἀπ' αὐτοῦ.* verba uncis inclusa Blassius quidem suppressit. sed in B cett. vel casu (lineola neglecta, cf. II, 30) vel consilio omissa sunt, quasi

solorum apostolorum esset manibus impositis spiritum sanctum impertire, cf. VIII, 15 sq.

IX, 4. *καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν ἀληθῶς καὶ ἤκουσεν φωνὴν λέγουσαν Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις;* Blassius pro *ἀληθῶς καὶ* (fl.) edidit *μετὰ μεγάλης ἐκστάσεως* secutus p (cum magna mentis alienatione) et fl. (vere et) mutans in: (pa)vore praecipiens v. 6.

IX, 5. 6. *σκληρόν σοι πρὸς κέντρον λακτίζειν* (cf. XXVI, 14). *ὁ δὲ τρέμων καὶ θαμβῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι αὐτῷ εἶπεν Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν Ἀνάστηθι* (cf. XXII, 10). haec omnia in t. r. desunt praeter finem *ἀλλὰ ἀνάστηθι*, ut XXVI, 15. 16, ubi Paulus suam conversionem omnino brevius repetit. sed in hac prima conversionis narratione vix deesse possunt propter sequentia *καὶ εἰσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἐκεῖ λαληθήσεταί σοι τί δεῖ σε ποιεῖν.* quaecunque in utraque repetitione (XXII, 7—10. XXVI, 14—16) exhibentur hoc primo loco integra traduntur. iam E praeeunte B cett. syr. haec conformaverunt ad XXVI, 15. 16. tremorem vero Sauli nonnulli testes servaverunt.

IX, 7. 8. *οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ εἱστήκεισαν ἐνεοί, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες λαλοῦντα (μεθ' οὗ ἐλάλει* Blass). *ἀλλ' εἶπεν πρὸς αὐτούς Ἐγείρατέ με ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐγειράντων αὐτὸν οὐδὲν ἔβλεπεν ἀνεῳγμένων τῶν ὀφθαλμῶν.* Saulus a domino surgere iussus comitum auxilio non egere videbatur, quod deletum est in t. r. nihil exhibente nisi: *ἠγέρθη δὲ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς.* deletum est etiam praecedens *λαλοῦντα*, cf. XXII, 9 *τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι.* XXVI, 14 *ἐγὼ* (Paulus) *μόνος ἤκουσα φωνὴν λέγουσαν πρός με καὶ λέγουσαν κτλ.*

IX, 12. [*καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα Ἀνανίαν ὀνόματι εἰσελθόντα καὶ ἐπιθέντα αὐτῷ τὰς χεῖρας, ὅπως ἀναβλέψῃ*]. haec ipsi Ananiae ab angelo dicta et ea quae sequuntur praecipientia domini verba fl. non exhibet, Blassius merito omisit. nisi ex simpliciore narratione aliqua inserta sunt, inepte addita sunt quamvis a ceteris testibus omnibus tradita.

X, 24. 25. *ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδεχόμενος αὐτοὺς καὶ συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους περιέμεινεν. προσεγγίζοντος δὲ τοῦ Πέτρου εἰς τὴν Καισάρειαν προδραμὼν εἷς τῶν δούλων διεσάφησεν παραγεγονέναι αὐτόν. ὁ δὲ Κορνήλιος ἐκπηδήσας καὶ συναντήσας αὐτῷ πεσὼν πρὸς τοὺς πόδας προσεκύνησεν αὐτόν.* brevius et definita extinguens B cett.: *ὁ δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτοὺς συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους* (om. *περιέμεινεν*). *ὡς δὲ ἐγένετο τοῦ εἰσελθεῖν* (quam verborum constructionem I. Belser l. l. p. 60 sq. textu *β* praecedente illustrari opinatus est) *τὸν Πέτρον* (nuntio praecurrente et Cornelio exsiliente omissis) *συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας προσεκύνησεν.* hunc textum contra illum defendere studuerunt P. Corssen (Gött. Gel. Anz. 1896, 6, p. 438) et B. Weiss (l. l. p. 68 sq.).

X, 33. Athoi cod. L. 184 schol. (v. d. Goltz p. 40): *ἐπειδὴ τούτων κέχρηνταί τινες τῶν ῥητῶν παραστῆσαι βουλόμενοι τὸν ἐν ἑκάστῳ ἔθνει φοβούμενον τὸν Θεὸν ἄνευ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως σώζεσθαι,*

παραθετέον τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πέτρου ἀνωτέρω κατὰ τοὺς ἀρχιερεῖς εἰρημένον ἐν τούτοις (Act. IV, 11. 12).

X, 46. *ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων ποικίλαις γλώσσαις καὶ μεγαλυνόντων τὸν θεόν.* cf. Hieronymi Tract. de Ps. LXXX ed. Germ. Morin, Maredsoli 1897, p. 70, 2 de apostolis: et loquebantur linguis variis, propterea dicebantur musto pleni.

XI, 1—3. *ἀκουστὸν δὲ ἐγένετο τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, οἳ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. ὁ μὲν οὖν Πέτρος διὰ ἱκανοῦ χρόνου ἠθέλησε πορευθῆναι εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ προσφωνήσας τοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἐπιστηρίξας αὐτοὺς ἐπορεύθη* (ἐξῆλθεν Blass) *πολὺν* (τε add. Bl.) *λόγον ποιούμενος* (ἐπορεύετο add. Bl.) *διὰ τῶν χωρῶν διδάσκων αὐτούς· ὡς καὶ* (ὅτε δὲ Bl.) *κατήντησεν αὐτόθι* (εἰς Ἱεροσόλυμα Bl.) *καὶ ἀπήγγειλεν αὐτοῖς τὴν χάριν τοῦ θεοῦ.* non Caesarea, ubi *ἡμέρας τινὰς* manere a Cornelio sociisque invitatus est (X, 48), sed Ioppe, ubi *ἡμέρας ἱκανὰς* mansit (IX, 43), *δι' ἱκανοῦ χρόνου* (post multum tempus) Petrus voluit proficisci Hierosolyma, in itinere regionum incolas docens. postquam advenit, Hierosolymitanis renuntiavit gratiam dei factis probatam (cf. XI, 23). quae omnia sana esse contendi (Z. f. w. Th. 1897, IV, p. 628 sq.) contra B. Weiss (l. l. p. 70 sq.). t. r.: *ἤκουσαν δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. ὅτε δὲ ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱερουσαλὴμ κτλ.* hic sublata sunt omnia de Petro (Lydda et) Ioppe, quo *διὰ πάντων διερχόμενος* venerat (IX, 32), abeunte et per regiones redeunte Hierosolyma. Belserus ipse (l. l. p. 62) negare non potest, haec illa relatione corrigi, sed *ἡμέρας τινάς*, quibus Petrus Caesareae ut maneat rogatur, confudit cum *ἱκανῷ χρόνῳ*, quo peracto Hierosolyma reverti voluit.

XI, 17. *τοῦ μὴ δοῦναι αὐτοῖς πνεῦμα ἅγιον πιστεύσασιν ἐπ' αὐτῷ.* haec omittens t. r. sententiam mutilavit. nam deus nemine prohibente gentilibus Petrum audientibus iam dedit idem spiritus sancti donum extraordinarium, quod Hebraei fideles pentecostes die acceperunt. itaque eum prohibere nemo poterat nisi baptismum gentilibus, qui et ipsi iam crediderunt, denegans (cf. X, 47), quo spiritus sanctus daretur ex ordine. etiam *πιστεύσασιν ἐπ' αὐτῷ*, quamvis ab Augustino omissa, Blassius agnoscere debebat, congrua praecedentibus *ὡς καὶ ἡμῖν πιστεύσασιν κτλ.*

XI, 25. 26. *ἀκούσας δὲ* (Barnabas) *ὅτι Σαῦλός ἐστιν εἰς Ταρσὸν ἐξῆλθεν ἀναζητῶν αὐτόν* (ἐξῆλθεν δὲ εἰς Ταρσὸν ἀναζητῆσαι Σαῦλον t. r.), *καὶ ὡς συντυχὼν παρεκάλεσεν ἐλθεῖν* (καὶ εὑρὼν ἤγαγεν t. r.) *εἰς Ἀντιόχειαν· οἵτινες παραγενόμενοι ἐνιαυτὸν ὅλον συνέχυσαν ὄχλον ἱκανόν* (ἐγένετο δὲ αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ t. r.. cf. IV, 5). *καὶ τότε πρῶτον ἐχρημάτισαν ἐν Ἀντιοχείᾳ οἱ μαθηταὶ Χριστιανοί* (χρηματίσαι τε πρώτως ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς t. r.). codicem D sociosque hic omnino praeferendos esse codici B sociisque demonstrasse mihi videor (Z. f. w. Th. 1897, IV, p. 630 sq.). quod Barnabas Saulum Tarsi quasi casu conveniens (*ὡς συντυχών*), non tamquam ecclesiae Hierosolymitanae legatus (cf. XI, 22) rogavit ut Antiochiam veniret, offendere poterat. itaque non sine auctoritate

eum duxisse placuit Antiochiam, ubi ἡ οὖσα ἐκκλησία (cf. XIII, 1) iam praecipitur. cum Barnabas Antiochiae iam ὄχλον ἱκανὸν (XI, 24) primo credentium numero (XI, 21) addidisset, displicuit (etiam ex proselytis) commixtus ὄχλος ἱκανὸς a Barnaba socioque Saulo per totum annum additus, cui substituta est ecclesia quasi iam tunc perfecta. Christianorum vero nomen (pro Nazoraeis, cf. XXIV, 5) consociatis demum Barnaba et Saulo Antiochiae ortum quasi casu in consuetudinem venisse videtur. quae si ipse libri auctor secundis curis scripsisset (α), priorem editionem (β) minime emendasset.

XI, 27. 28. ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφῆται εἰς Ἀντίοχειαν, ἦν δὲ πολλὴ ἀγαλλίασις. συνεστραμμένων δὲ ἡμῶν ἔφη εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος σημαίνων διὰ τοῦ πνεύματος, λιμὸν μεγάλην μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ἥτις ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου. B cett. deleverunt Lucae vestigium inter primos fere Antiochiae fideles, (illum ni fallor, ὄχλον ἱκανόν, quem etiam ex proselytis commiscuerunt Barnabas et Saulus) narrantis prophetarum Hierosolymitanorum nascentisque ecclesiae Antiochenae conventum. nam pro verbis ἦν δὲ πολλὴ ἀγαλλίασις. συνεστραμμένων δὲ ἡμῶν ἔφη εἷς ἐξ αὐτῶν. illi Graeci, qui Acta apostolorum in breviorem politioremque formam redegerunt, minime Lucas ipse librum iterum edens, posuerunt ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν κτλ. etiam in sequentibus Graeci illi sustulerunt XII, 1 ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. 3 ἡ ἐπιχείρησις αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς πιστούς. [5 ὑπὸ τῆς σπείρης τοῦ βασιλέως?] 10 κατέβησαν τοὺς ἑπτὰ βαθμούς. 20 ἐξ ἀμφοτέρων τῶν πόλεων. 21 καταλλαγέντος αὐτοῦ τοῖς Τυρίοις etc. qui haec omnia Lucam ipsum in altera libri editione (α) omisisse opinantur, non minus errant quam illi, qui haec emendatorem antiquum ad arbitrium addidisse putant.

XII, 23. καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ βήματος, ἀλλὰ καὶ (ἐγένετο pro ἀλλὰ καὶ Blass.) σκωληκόβρωτος ἔτι ζῶν, καὶ οὕτως ἐξέψυξεν. sic debilitari asseruit B. Weiss (l. l. p. 73) subito secutum iudicium divinum. sed Herodes postquam descendit de tribunali, statim eodem morbo punitur, quo Antiochus Epiphanes 2. Macc. IX, 5 sq. iam ante mortem vermeribus comestus. qui vitae exitus debilitatus est in t. r. καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν.

XII, 25. Βαρνάβας δὲ καὶ Σαῦλος ὑπέστρεψαν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Sauli nomen, quod usque ad XIII, 9, i. e. usque ad audientem Sergium Paulum proconsulem continuatur, iam antiquis displicuit. itaque M et Thomas Heracl. praeceperunt Σαῦλος ὃς ἐπεκλήθη Παῦλος, Latini nonnulli Παῦλος (etiam XIII, 1. 2). quos sequi non debebat Blassius (Σαῦλος ὁ ἐπικαλούμενος Παῦλος, adeo XIII, 1. 2 Παῦλος) applaudente Belsero (l. l. p. 66). Blassius etiam XIII, 1 solo p et d (emendando) confisus καθ' ἑκάστην pro κατὰ τὴν οὖσαν (ἐκκλησίαν) edidit et confusum p secutus XIII, 4 οἱ μὲν οὖν ἐξελθόντες ἀπὸ τῶν ἁγίων.

XIII, 6—8. εὗρον ἄνδρα τινὰ μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ὀνόματι καλούμενον Βαριησοῦα, ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. οὗτος προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον καὶ ἐζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος (οὕτως γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ) ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύ-

πατον ἀπὸ τῆς πίστεως, ἐπεὶ ἥδιστα ἥκουεν αὐτοῦ. pro *Ἐλύμας* Dd exhibent *ετοιμας*, iam post *Βαριησουα* (barihesu) gig.: qui interpretatur paratus (*ἕτοιμος*), cf. Lucifer. al. itaque Blassius edidit: *ὀνόματι καλούμενον Βαριησουα(ν), ὃ μεθερμηνεύεται Ἑτοιμᾶς . . . . . ἀνθίστατο δὲ αὐτοῖς Ἑτοιμᾶς ὁ μάγος κτλ.* v. cl. secutus A. Klostermannum (Probleme im Apostteltexte, 1883, p. 21—33) *Βαριησουα(ν)* interpretatus est בַּר יֵשׁ, filius paratus (יֵשׁ = exstat). re vera esset: filius parati. sed ישׁוּן, paratus, omni testimonio caret. antiquos Christianos offendit nomen *Βαριησοῦα*, quod est: filius Iesu. itaque Syrus interpres (Psch.) dedit בַּרְשׁוּעָא, filium nominis. Latinis quoque illud nomen displicuit. Hieronymus de hebr. nomin. ed. Lagard. p. 67, 25: „Barieu maleficum sive in malo. nonnulli Bariesu corrupte legunt". cf. p. 16, 23: „Baria (בריעה Num. XXVI, 44) in malis vel in conmutatione eius". Beda 60: „corrupte legitur Bariesu, cum Barieu, id est maleficus sive in malo, legi debeat, credo quia nomen Iesu iisdem litteris, sed nota superposita scribatur. non enim convenit hominem flagitiosum et magum filium Iesu, id est salvatoris, appellari, quem e contrario Paulus filium diaboli nuncupat." *ΕΤΟΙΜΑΣ* vere corruptum esse ex *ΕΑΥΜΑΣ*, versumque esse 'paratus' B. Weiss (l. l. p. 74) vidit. E (gig. wern. Lucf.) quidem iam v. 6 exhibet *Βαριησοῦς, ὃ μεθερμηνεύεται Ἐλύμας* (*ἕτοιμος* Lucf. et gigas), sed sic praecavetur, ne v. 8 *Ἐλύμας ὁ μάγος* (*οὕτως γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ*) alter magus esse videatur. ad nomen *Ἐλύμας* (יַלְכִּיא) potius quam ad nomen *Βαριησοῦς* (filius Iesu) pertinet interpretatio *ο μάγος*. iam antiqui quaerebant, utrum ipse Bariesus etiam Elymas appellatus sit an Elymam socium habuerit. — XIII, 8. Athous cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 41) in textu *ἑρμηνεύεται*, in marg. *μεθ'*.

XIII, 17. *ὁ θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου Ἰσραὴλ ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν· διὸ* (*δια* DMPh gig., *και* D^{e}EB cett.) *τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν τῇ γῇ Αἰγύπτῳ.* una littera mutata optimus sensus efficitur.

XIII, 20. *καὶ ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις ἔδωκεν κριτὰς ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου.* corrupte codices BאAC *ὡς ἔτεσιν τεσσεράκοντα καὶ πεντήκοντα* (coniuncta cum praecedentibus, quasi post CCCCL demum annos terra Chanaan occupata esset). *καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκεν κριτὰς ἕως Σαμουὴλ προφήτου.* quae ne Blassius quidem (in *α* ponens *καὶ μετὰ ταῦτα* ante *ὡς ἔτεσιν κτλ.*) probare potuit. idem v. cl. XIII, 26 secundum solos wern. et prov. post *υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ* add. *καὶ τοῦ θεοῦ.*

XIII, 27—30. *οἱ γὰρ κατοικοῦντες — ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν.* Blassius textum suum *β* sic edidit: *οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἰερουσαλὴμ καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῆς, μὴ συνιέντες τὰς γραφὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας* ⟨*τοῦτον*⟩ *ἀπεδοκίμασαν καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες ἐν αὐτῷ, κρίναντες αὐτὸν παρέδωκαν Πιλάτῳ εἰς ἀναίρεσιν, καὶ ἐτέλουν πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα,* ⟨*καί*⟩ *ἠτοῦντο τὸν Πιλᾶτον τοῦτον μὲν σταυρῶσαι, ... , καὶ ἐπιτυχόντες πάλιν ἠτήσαντο ἀπὸ τοῦ ξύλου καθελεῖν αὐτόν, καὶ καθελόντες ἔθηκαν εἰς μνημεῖον· ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν.* haec emendatoris esse contendit

B. Weiss l. l. p. 74 sq.: „Wegen des scheinbar beziehungslosen τοῦτον XIII, 27 wird statt τοῦτον ἀγνοήσαντες geschrieben μὴ συνιέντες und dieses (natürlich mit Weglassung des καὶ) mit τὰς γραφὰς (wodurch nun τὰς φωνὰς ersetzt werden musste) als Object verbunden. Das καὶ vor κρίναντες zeigt, dass er dieses nicht verstand [optime dicuntur Hierosolymitani etiam iudicio suo scripturas prophetarum implevisse, cf. II, 23. III, 18] . . . . und es mit μὴ συνιέντες verband, als solle gesagt sein, dass, weil sie die Schriften nicht verstanden und nicht richtig beurteilten (vgl. 1. Kor. II, 14), sie ihre Erfüllung herbeiführen mussten. [vere dicuntur Hierosolymitani scripturas prophetarum unoquoque sabbato praelectas inscii implevisse, cf. III, 17.] Nachdem sodann XIII, 28 das μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες durch ἐν αὐτῷ erläutert, wird nun das κρίναντες aus v. 27 in seiner richtigen Beziehung auf Jesum (αὐτὸν) nochmals aufgenommen [sic iam v. 27 intellegendum], um mit dem in den Evangelien gangbaren Ausdruck (vgl. Luc. 24, 20) das παρεδωκαν πειλατω [ινα] εἰς ἀναιρεσιν an die Stelle der blossen Erwähnung seiner Tötung zu setzen. Auch darin zeigt sich der Bearbeiter durch den ältesten Text gebunden, dass er XIII, 23 das ητουντο (Imperf. statt ητησαντο wegen des vorhergehenden ετελουν, das der Emendator für ετελεσαν setzte, weil er es auf das Folgende bezog) vor πειλατον aus v. 28 noch einmal aufnimmt, um, was nachher nur vorausgesetzt wird, noch ausdrücklich hervorzuheben, dass es die Kreuzigung war, die sie verlangten (τουτον μεν σταυρωσαι, wobei dem Emendator als Gegensatz Barabbas vorschwebte), und die Erfüllung dieses Verlangens durch και επιτυχοντες anzudeuten, wobei das παλιν darauf geht, das Pilatus auch diesen Wunsch erfüllte, wie den nach der Tötung überhaupt.“ equidem Blassii textum non omni ex parte defendens minime improbo imperfecta ὡς δὲ ἐτέλουν πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, ἠτοῦντο τὸν Πιλᾶτον τοῦτον μὲν σταυρῶσαι (iterum atque iterum supplicium postulantes, cf. Luc. XXIII, 1—25). quod vero Hierosolymitani ἠτήσαντο, tantummodo ad corporis depositionem pertinet, non secundum Luc. XXIV, 50—53 soli Iosepho Arimathaeensi, sed omnibus Hierosolymitanis concessam. de hoc enim facto variae erant traditiones. Ioannis ev. XIX, 39 sq. Iosepho addidit Nicodemum. Petri evangelii fragm. v. 3 Iosephum quidem iam ante supplicium domini corpus a Pilato petivisse retulit (v. 21—24). textus receptus brevior est, sed obscurus et mancus. legimus enim: τοῦτον ἀγνοήσαντες καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας κρίναντες ἐπλήρωσαν. quaerimus, utrum Hierosolymitani Iesum et voces prophetarum unoquoque sabbato praelectas ignoraverint et has Iesum iudicantes impleverint, an Iesum ignorantes et voces prophetarum unoquoque sabbato praelectas iudicantes impleverint. itaque aut τοῦτον (Iesum) et voces prophetarum, quas unoquoque sabbato audiverunt, ignoraverunt et (Iesum) iudicantes has impleverunt, κρίναντες (τοῦτον ταῦτα) ἐπλήρωσαν. aut τοῦτον (Iesum) ignorantes et voces prophetarum unoquoque sabbato praelectas iudicantes impleverunt. aut desiderantur τοῦτον ταῦτα, aut abundat καί. utrumque difficillimum.

omnino deest acumen illud, quod Hierosolymitani scripturas prophetarum quamvis sexcenties auditas non intellegentes ipso iudicio (de Iesu lato) impleverunt. tum legimus: *καὶ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου εὑρόντες* (om. *ἐν αὐτῷ*) *ἠτήσαντο* (repetitione neglecta) *Πιλᾶτον ἀναιρεθῆναι αὐτόν* (pro *κρίναντες αὐτὸν παρέδωκαν Πιλάτῳ εἰς ἀναίρεσιν*). *ὡς δὲ ἐτέλεσαν* (pro *ἐτέλουν*) *πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα* (om. *ἠτοῦντο τὸν Πιλᾶτον τοῦτον μὲν σταυρῶσαι. σταυρωθέντος δὲ ἠτήσαντο τὸν Πιλᾶτον, ἵνα ἀπὸ τοῦ ξύλου καθέλωσιν αὐτόν. καὶ ἐπιτυχόντες πάλιν καὶ*), *καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου ἔθηκαν* (om. *αὐτὸν*) *εἰς μνημεῖον. ὁ δὲ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν* (pro *ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν*). omissum est, quod non solus Ioseph Arimathaeensis, sed omnes Hierosolymitani a Pilato impetraverunt Iesum mortuum sepeliendum. denique *αὐτὸν* delatum est ab *ἔθηκαν* ad *ἤγειρεν*.

XIII, 32. 33. *καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν γενομένην ἐπαγγελίαν, ὅτι ταύτην ὁ θεὸς ἐκπεπλήρωκεν τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν* (*ἡμῖν* om. Blass.) *ἀναστήσας τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν* (*ἀναστήσας Ἰησοῦν* B cett.). *οὕτως γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ* (B cett. *δευτέρῳ*) *ψαλμῷ γέγραπται· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς* (Ps. II, 7. 8). B cett. om. *αἴτησαι κτλ.*, quae B. Weiss l. l. ab emendatore addita esse censuit. sed haec necessaria sunt ad probandum, quod deus patribus promissum explevit suscitato vel adducto (cf. XIII, 23. III, 22. 26. VII, 37) Iesu. hac ratione minime sufficit declaratio filii dei modo creati sine imperio omnium gentium vel orbis terrarum, quod David ipse nunquam assecutus est. deus postquam patres elegit, populum exaltavit in Aegypto et eduxit. tum terram Chanaan Israelitis subiecit et post iudices regem petentibus Saulum dedit, quo remoto Davidem substituit, e cuius semine, ut promiserat, excitavit Israelitis salvatorem Iesum adnuntiatum a Ioanne. Abrahami igitur posteris proselytisque Antiochiae ad Pisidiam congregatis per oratorem haec salus adnuntiatur. nam Hierosolymitani propheticas voces ipso iudicio explentes salvatorem Israelis ad supplicium tradiderunt et sepulcro, unde deus eum excitavit. hoc, qui comitibus cum eo a Galilaea Hierosolyma profectis per complures dies visus est, a mortuis excitato patribus factam promissionem expletam esse Paulus cum Barnaba Israelitis Antiochiae ad Pisidiam habitantibus nuntiat. quam rem Ps. II, 7 non probaret nisi addito versu sequente. ille enim, quem deus declaravit filium suum modo genitum, imperator futurus est gentium dominusque orbis terrarum. electio patrum iam in Aegypto comprobata et ad ditionem terrae Canaan progressa processit ad promissionem Davidi datam, quae in Iesu impletur omnium imperatore futuro. quem optimum sententiarum nexum textus receptus debilitavit omittens Ps. II, 8. etiam v. 34 sq. argumentationem eo niti fundamento, quod David Ps. XV, 10 de sancto futuri temporis corruptionem non visuro vaticinatus est, exposui in Z. f. w. Th. 1896, I, p. 42 sq.

XIII, 41. Hab. I, 5 brevius laudatur secundum cod. Al., qui addidit *ὑμῖν*, in Vat. omissum. — *καὶ ἐσίγησεν*, cf. XV, 13.

XIII, 47. Ies. XLIX, 6 brevius, non secundum Vat., qui exhibet *δέδωκα* pro *τέθεικα* (Alex.).

XIV, 2—6. *οἱ δὲ ἀρχισυνάγωγοι τῶν Ἰουδαίων καὶ οἱ ἄρχοντες [τῆς συναγωγῆς] ἐπήγαγον αὐτοῖς διωγμὸν κατὰ τῶν δικαίων (οἱ δὲ ἀπειθήσαντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν* t. r.) *καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν· ὁ δὲ κύριος ἔδωκεν ταχὺ εἰρήνην (ὁ δὲ — εἰρύνην* om. t. r.). quis non videt, textum receptum esse mutilatum? archisynagogi Iudaeorum et principes [synagogae] iam antiquis correctoribus idem bis significare visi sunt, quorum discrimen E. Schuerer (Gesch. d. jüd. V. i. Z. I. C. II. ed. II, 365 sq.) bene exposuit. ne persecutio posterior (v. 5) praeciperetur, vel ut unica narraretur persecutio, pro *ἐπήγ. αὐτοῖς τὸν διωγμὸν κατὰ τῶν δικαίων* in t. r. scriptum est solum *ἐπήγειραν*, modo non superfluum. etiam iustos, quorum persecutionem principes incitaverunt, textus recepti auctor non intellexisse videtur. B. Weiss interpretatur Iudaeos modo ad fidem conversos, quibus conveniunt fratres ex gentilibus conversi. hanc vero persecutionem a domino mox sedatam omisit t. r., omnino brevior, quia maiorem alteram (v. 5 sq.) praecipere noluit.

XIV, 18—20. *καὶ ταῦτα λέγοντες μόγις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς, ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων (ἀλλὰ — διδασκόντων* om. B. cett.) *ἐπῆλθόν (δὲ* add. B. cett.) *τινες Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἰκονίου καὶ Ἀντιοχείας (ἀπὸ Ἀντ. κ. Ἰκ. Ἰουδαῖοι* B cett.) *καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παρρησίᾳ ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἀποστῆναι ἀπ' αὐτῶν λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν, ἀλλὰ πάντα ψεύδονται (καὶ διαλεγομένων — ψεύδονται* om. cum t. r. etiam DE) *καὶ ἐπισείσαντες (πείσαντες* t. r.) *τοὺς ὄχλους καὶ λιθάσαντες τὸν Παῦλον ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως, νομίζοντες τεθνάναι αὐτόν (αὐτὸν τεθνηκέναι* t. r.). *κυκλωσάντων δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ (αὐτὸν ἀναστὰς* t. r.) *εἰσῆλθεν εἰς τὴν Λύστραν πόλιν (πόλιν* om. t. r.). textum receptum hic silentio praeteriit B. Weiss nulla ratione defendendum. ibi enim Lystrenses Barnabam tamquam Iovem, Paulum tamquam Hermen celebratum statim ita lapidari patiuntur, ut extra civitatem tractus putaretur esse mortuus. apud D quamvis nonnulla omittentem Lystrenses non eodem tamen die intervenientibus Iudaeis Iconiensibus et Antiochenis mente immutata Paulum lapidari patiuntur.

XIV, 27. *καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσιν θύραν πίστεως.* haec contra omnes testes tamquam inepta damnavit Blassius (ed. min. p. XV sq.): „in ipsa enim Antiochia id dudum factum erat.“ quicunque vero scripturam sacram temere mutare nolunt, Act. XI, 20 et XIV, 27 diversas manus agnoscent.

XV, 1. 2. *καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας τῶν πεπιστευκότων ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων (τῶν πεπιστ. ἀπὸ τ. αἱρ. τῶν Φαρισ.* om. t r.) *ἐδίδασκον τοὺς ἀδελφοὺς ὅτι ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε καὶ (καὶ* om. t. r.) *τῷ ἔθει (τῷ* add. t. r.) *Μωϋσέως περιπατῆτε (περιπ.* om. t. r.), *οὐ δύνασθε σωθῆναι. γενομένης δὲ ἐκστάσεως (στάσεως* t. r.) *καὶ ζητήσεως οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ σὺν αὐτοῖς (πρὸς αὐτοὺς* t. r.) — *ἔλεγεν γὰρ ὁ Παῦλος μένειν οὕτως, καθὼς ἐπίστευσαν, διισχυριζόμενος (ἔλεγεν — διισχυρ.* om. t. r.) — *οἵδε ἐληλυθότες ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ παρήγγειλαν αὐτοῖς, τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ καί τισιν*

ἄλλοις ἀναβαίνειν (*ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν καί τινας ἄλλους ἐξ αὐτῶν* t. r.) *πρὸς τοὺς ἀποστόλους καὶ πρεσβυτέρους, ὅπως κριθῶσιν ὑπ' αὐτῶν* (*ὅπως — αὐτῶν* om. t. r.) *περὶ τοῦ ζητήματος τούτου.* quae t. r. omisit necessaria sunt: fideles e Pharisaeis, quaestionis controversae auctores a Iudaea, et Hierosolymis quidem, Antiochiam profecti praeter circumcisionem etiam mores Mosaicos ad salutem necessarios esse contendunt, quibus Paulus cum Barnaba contradicit, fideles sic manere oportere, ut crediderint, sive circumcisi sive in praeputio (1. Cor. VII, 18. 19). iam ab initio definitur controversia Antiochiae orta, cuius auctores t. r. neque e Pharisaeis profectos esse neque ab ipsa urbe Hierosolymis venisse neque etiam Mosaicos mores postulasse refert. neque Paulus dicitur defendisse unumquemque sic manere debere, ut vocatus sit. textus recepti auctori vel auctoribus displicuit Paulus a Pharisaeis fidelibus iussus ascendere Hierosolyma, ut ibi iudicaretur.

XV, 5. *οἱ δὲ παραγγείλαντες αὐτοῖς ἀναβαίνειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους ἐξανέστησαν πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγοντες ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς παραγγέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως.* iidem igitur, qui Antiochiae circumcisionem et mores Mosaicos omnibus imperaverant, Hierosolymis, quo Paulum et Barnabam ab apostolis iudicandos adduxerunt, eadem postulant. contendunt enim debere Paulum et Barnabam circumcidere (*περιτέμνειν αὐτοὺς*) gentiles ad fidem conversos et iubere Mosis legem observare. quam interpretationem B. Weiss l. l. p. 81, not. 2, impugnavit, sed non refellit (cum non scriptum sit *περιτέμνεσθαι*). quod vero e Pharisaeis orti sunt (v. 1) huc in Dd invito contextu delatum in t. r. totam sententiam mutavit: *ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων πεπιστευκότες λέγοντες ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς παραγγέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως.* sic etiam hic remoti sunt illi qui Antiochiae Paulum et Barnabam iusserunt ascendere Hierosolyma. substituti sunt alii, et ipsi antea Pharisaei, sed non profecti Antiochiam. etiam sic vero obstant ultima, ubi *περιτέμνειν αὐτοὺς παραγγέλλειν τε* ad v. 3 *τὴν ἐπιστροφὴν ἐθνῶν* referre eo minus licet, quia t. r. etiam omisit v. 4 *καὶ ὅτι ἤνοιξεν τοῖς ἔθνεσιν θύραν πίστεως.*

XV, 16. 17. Amos IX, 11. 12: *Μετὰ δὲ ταῦτα* (*ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ* LXX) *ἐπιστρέψω* (*ἀναστρέψω* t. r.) *καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαυὶδ τὴν πεπτωκυῖαν* (*ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαυὶδ τὴν πεπτωκυῖαν* LXX) *καὶ τὰ κατεσκαμμένα* (*κατεστραμμένα* t. r. et LXX cod. A) *αὐτῆς ἀνοικοδομήσω* (*καὶ ἀνοικοδομήσω τὰ πεπτωκότα αὐτῆς καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀναστήσω* LXX) *καὶ ἀνορθώσω αὐτήν* (*καὶ ἀνοικοδομήσω αὐτήν, καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος* LXX), *ὅπως ἂν* (*ἂν* om. LXX praeter A) *ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων* (אָדָם pro אֱדוֹם iam LXX) *τὸν θεὸν* (*τὸν κύριον* t. r., om. LXX praeter A) *καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς, λέγει κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα.*

XV, 20. *ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας* (*καὶ πνικτοῦ* add. t. r.) *καὶ τοῦ αἵματος, καὶ ὅσα μὴ θέλουσιν ἑαυτοῖς γίνεσθαι ἑτέροις μὴ ποιεῖν* (*καὶ ὅσα — ποιεῖν* om. t. r.). Athous cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 41 sq.):

ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων καὶ τοῦ αἵματος καὶ τῆς πορνείας* καὶ ὅσα ἂν μὴ θέλωσιν αὐτοῖς γίνεσθαι ἑτέροις μὴ ποιεῖν*. in marg.: Εἰρηναῖος ὁ πάνυ ἐν Γ κατὰ τὰς αἱρέσεις λόγῳ (12, 4) καὶ ὧδε (ὥδε cod.) καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων (XV, 29) οὕτως ἀναφέρει τὴν χρῆσιν· καὶ ὁ Παμφίλου μέγας Εὐσέβιος ἐν τοῖς κατὰ Πορφυρίου ἕκτῳ καὶ ἑβδόμῳ λόγῳ ὁμοίως καὶ τὸν Πορφύριον τίθησι οὕτως ἐπὶ διαβολῇ μεμνημένον τῆς χρήσεως. Act. XV, 29: ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος (καὶ πνικτῶν add. t. r.) καὶ πορνείας καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γίνεσθαι ἑτέροις μὴ ποιεῖν (καὶ ὅσα — μὴ ποιεῖν om. t. r.). Athous cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 43 sq.) sic ut XV, 20 (sed add. καὶ τοῦ πνικτοῦ). in marg.: ἰστέον καὶ τοῦτο ὡς Εἰρηναῖος ἐν τῷ αὐτῷ κατὰ τὰς αἱρέσεις τόπῳ καὶ λόγῳ οὕτως περαιοῖ τὴν τῶν ἀποστόλων ἐπιστολήν· Ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς εὖ πράξετε φερόμενοι ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ διότι ἐν ἑκατέροις τοῖς τύποις (Act. XV, 20. 29) τοῦ πνικτοῦ οὐ μέμνηται. Act. XXI, 25: ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς (κρίναντες φυλάσσεσθαι αὐτοὺς t. r.) τὸ (τε add. t. r.) εἰδωλόθυτον καὶ αἷμα (καὶ πνικτὸν add. t. r.) καὶ πορνείαν. Ambrosiaster ad Gal. II, 2: Praeterea cum legem dedissent (apostoli), non molestari eos qui ex gentibus credebant, sed ut ab his tantum observarent, id est a sanguine et fornicatione et idololatria (Act. XV, 20. 29), nunc dicant sophistae Graecorum, qui sibi peritiam vindicant, subtilitate ingenii se naturaliter vigere: quae tradita sunt gentibus observanda? quae ignorabant, an quae sciebant? . . . . denique tria haec mandata ab apostolis et senioribus data reperiuntur, quae ignorant leges Romanae, id est, ut abstineant se ab idololatria et sanguine, sicut Noë (Gen. IX, 4), et fornicatione. quae sophistae Graecorum non intelligentes, scientes tamen a sanguine abstinendum, adulterarant scripturam quartum mandatum addentes: et a suffocato abstinendum. quod, puto, nunc dei nutu intellecturi sunt, quia iam supra dictum erat, quod addiderunt. Hieronymus ad Gal. V, 2: In actibus apostolorum narrat historia . . . . apostolos congregatos statuisse per litteras ne superponeretur eis iugum legis, nec amplius observarent, nisi ut custodirent se tantum ab idolothytis et sanguine et fornicatione, sive ut in nonnullis exemplaribus scriptum est: et a suffocatis.“

Apud D sociosque gentiles fideles iubentur cavere idolothyta, fornicationem et sanguinem vel homicidium (cf. Mt. XXIII, 30. 35. XXVII, 24. Luc. XI, 50. Act. XX, 26. Apoc. XVII, 6), quaecunque vero ipsi pati nolint, aliis ne faciant. sic gentilium idololatria et impudicitia interdicta gentiles ad fidem conversi vetantur alios vita privare vel omnino laedere. Iesus ipse Mt. VII, 12: πάντα οὖν ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτως καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται (cf. Luc. VI, 31). Didache XII apostolorum c. I post illa duo magna praecepta, in quibus Iesus Matth. XXII, 37—40 totam legem et prophetas pendere dixit, praemisit: πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς μὴ γίνεσθαί σοι, καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει. Clem. Recogn. VIII, 56: omnis propemodum actuum nostrorum in eo colligitur observantia, ut quod ipsi pati nolumus, ne hoc aliis inferamus.“ profecto Mosaicam religionem

totam vere exercent gentiles fideles haec tria vel quatuor observantes, quamvis neglectis ritibus et ceremoniis. inde Montanistarum tria peccata mortalia, cf. Tertullian. de pudicitia c. 12: servatum esse moechiae et fornicationi locum inter idololatriam et homicidium. etiam Aristides Apolog. c. XV, p. 37. Henneck. p. 57 Seeberg. *ὅσα οὐ θέλουσιν* (Christiani) *αὐτοῖς γίνεσθαι, ἑτέρῳ οὐ ποιοῦσι.* Theophilus Antioch. ad Autolycum II, 34 (49): *οἳ* (prophetae) *καὶ ἐδίδαξαν ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς ἀθεμίτου εἰδωλολατρείας καὶ μοιχείας καὶ φόνου* (= *αἵματος*), *πορνείας, κλοπῆς, φιλαργυρίας, ὅρκου ψευδοῦς, ὀργῆς καὶ πάσης ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας· καὶ πάντα ὅσα ἂν μὴ βούλεται ἄνθρωπος ἑαυτῷ γίνεσθαι ἵνα μηδὲ ἄλλῳ ποιῇ. Αἷμα* vero interdictum poterant intellegere sanguinem non gustandum (cf. Gen. IX, 4). huic interpretationi favere poterat t. r. Act. XV, 20 *ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς χεσθαι τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας καὶ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος* (aliter XV, 29. XXI, 25).

XV, 29. t. r. *ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτῶν καὶ πορνείας.* XXI, 25. *ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν* (vel *ἀπεστείλαμεν*) *κρίναντες φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό τε εἰδωλόθυτον καὶ αἷμα καὶ πνικτὸν καὶ πορνείαν.* hoc sensu sanguinem cavendum supplere volebant etiam suffocata interdicentes. Tertullianus Apologet. c. 9: „qui propterea quoque suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto.“ tum ex decreto de externis fere rebus agente omittenda erat ultima sententia (*καὶ ὅσα μὴ κτλ.*). sic Graecorum sophistae, quos Ambrosiaster impugnavit, etiam Iudaeochristianis morem gesserunt suffocata abhorrentibus, cf. Clem. Recogn. IV, 36 (supra p. 222), quibus addo Clem. Hom. VII, 4 *τραπέζης δαιμόνων ἀπέχεσθαι, νεκρᾶς μὴ γεύεσθαι σαρκός, μὴ ψαύειν αἵματος, ἐκ παντὸς ἀπολούεσθαι λύματος.* VII, 8 *τραπέζης δαιμόνων μὴ μεταλαμβάνειν, λέγω δὲ εἰδωλοθύτων, νεκρῶν, πνικτῶν, θηριαλώτων, αἵματος.* VIII, 19 *τῶν ὑμετέρων* (*τῶν δαιμόνων*) *μεταλαμβάνων τραπέζης ἢ ἕτερόν τι ὧν οὐ χρὴ ἐκτελῶν ἢ αἷμα χέων ἢ σαρκῶν νεκρῶν γευόμενος ἢ θηρίου λειψάνου ἢ τμητοῦ ἢ πνικτοῦ ἢ ἄλλου τινὸς ἀκαθάρτου ἐμπιπλάμενος.* textum receptum defendens B. Weiss l. l. p. 108 sq. voc. *αἷμα* = homicidium, neglexisse videtur, ne a Theodoro Zahn (Einleitung in d. N. T. II, p. 344 sq.) quidem satis reputatum, quasi apud D sociosque effectus esset „ein elementarer Moralkatechismus.“ praeceptumne ciborum praeferendum est?

XV, 34. *ἔδοξε δὲ τῷ Σιλᾷ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ, μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη.* haec quamvis necessaria propter v. 40 t. r. omisisse videtur propter v. 33, ubi duumviri iam dimissi esse dicuntur.

XVI, 4. *Διερχόμενοι δὲ* (*ὡς δὲ διεπορεύοντο* t. r.) *τὰς πόλεις ἐκήρυσσον καὶ* (*ἐκήρ. καὶ* om. t. r.) *παρεδίδοσαν αὐτοῖς μετὰ πάσης παρρησίας τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ἅμα παραδιδόντες καὶ τὰς ἐντολὰς* (*αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ* t. r.) *τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις.* traditionem Iesu Christi, qua ecclesiae iam conditae augebantur (v. 5), om. t. r., sola decreta retinens, quae apostoli civitatibus extra Syriam et Ciliciam non scripserunt.

XVI, 10. *διεγερθεὶς οὖν διηγήσατο τὸ ὅραμα ἡμῖν, καὶ ἐνοήσαμεν (ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν, εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, συμβιβάζοντες* t. r.) *ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ κύριος (ὁ θεὸς* t. r.) *εὐαγγελίσασθαι τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ (εὐ. αὐτούς* t. r.). post XI, 28 iterum Lucae ipsius ad Theophilum Pauli Acta referentis vestigium, hoc loco in t. r. non plane extinctum. Pauli comiti etiam *τῇ ἐπαύριον* v. 11 in textu rec. omissum bene convenit.

XVI, 35. *ἡμέρας δὲ γενομένης συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ ἀναμνησθέντες τὸν σεισμὸν τὸν γεγονότα ἐφοβήθησαν καὶ ἀπέστειλαν (ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ* t. r.) *τοὺς ῥαβδούχους λέγοντες Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους, οὓς ἐχθὲς παρέλαβες (οὓς ἐχθὲς παρέλ.* om. t. r.). terrae motus mentionem vere aptam textus rec. auctor omisit brevitatis studiosus, etiam *οὓς ἐχθὲς παρέλαβες*, quae deesse vix possunt, tum v. 36 *καὶ εἰσελθών*, denique v. 37 *ἀναιτίους*, addidit vero v. 36 *ἐν εἰρήνῃ*.

XVI, 38—40. *ἀπήγγειλαν (ἀνήγγειλαν* in margine Athous cod. L. 184 apud v. d. Goltz l. l. p. 44) *δὲ τοῖς στρατηγοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦτα τὰ ῥηθέντα πρὸς τοὺς στρατηγούς (τὰ ῥ. π. τ. στρατ.* om. t. r.). *οἱ δὲ ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσιν ἐφοβήθησαν (ἐφοβήθησαν δὲ ἀκούσ. ὅτι Ῥωμ. εἰσιν* t. r.) *καὶ παραγενόμενοι μετὰ φίλων πολλῶν εἰς τὴν φυλακὴν (καὶ ἐλθόντες* t. r.) *παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν εἰπόντες Ἠγνοήσαμεν τὰ καθ' ὑμᾶς ὅτι ἐστὲ ἄνδρες δίκαιοι. καὶ ἐξαγαγόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς λέγοντες Ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθατε, μήποτε πάλιν συστραφῶσιν ἡμῖν ἐπικράζοντες καθ' ὑμῶν (παρεκάλεσαν αὐτοὺς καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἀπελθεῖν ἀπὸ τῆς πόλεως* t. r.). *ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς ἦλθον πρὸς τὴν Λυδίαν καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς διηγήσαντο ὅσα ἐποίησεν ὁ κύριος αὐτοῖς (τοὺς ἀδελφοὺς — αὐτοῖς* om. t. r.) *παρεκάλεσάν τε αὐτούς (παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς* t. r.) *καὶ ἐξῆλθον.* etiam eam epitomen, quam t. r. praebet, contra integram codicis B sociorumque relationem B. Weiss l. l. p. 96 sq. defendere conatus est. ibi nihil excusantes praetores, qui Paulum Silamque publice caedi iusserant, ipsi *παρεκάλεσαν αὐτούς* (vulg. vertit: deprecati sunt eos) et e carcere eductos rogaverunt, ut ex urbe abirent.

XVII, 4. *καί τινες ἐξ αὐτῶν (τῶν Ἰουδαίων) ἐπείσθησαν (τῇ διδαχῇ* h. l. Blass) *καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σιλαίᾳ (Σιλᾷ* t. r.) *τῇ διδαχῇ* (om. t. r.) *πολλοὶ τῶν (τε* add. t. r.) *σεβομένων καὶ (καὶ* om. t. r.) *Ἑλλήνων πλῆθος πολὺ καὶ γυναῖκες (γυναικῶν τε* t. r.) *τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι.* itaque Iudaei pauci, proselyti multi, Graeci plurimi cum non paucis mulieribus ad fidem se converterunt. procul ab 1. Thess. I, 9 recedit t. r., qui Graecos non proselytos omnino omisit.

XVII, 12. *τινὲς (πολλοὶ* t. r.) *μὲν οὖν (ἐξ* add. t. r.) *αὐτῶν ἐπίστευσαν, τινὲς δὲ ἠπίστησαν (τινὲς δὲ ἠπίστ.* om. t. r.) *καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ (τῶν ἑλληνίδων γυναικῶν* t. r.) *τῶν εὐσχημόνων ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἱκανοὶ ἐπίστευσαν (τῶν εὐσχημόνων καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι* t. r.). mire t. r. Graecas mulieres nobiles praeposuit viris non paucis, tamquam huius temporis more perverso exhibens: „Damen und Herren".

XVII, 15. *παρῆλθεν δὲ τὴν Θεσσαλίαν· ἐκωλύθη γὰρ εἰς αὐτοὺς κηρῦξαι τὸν λόγον.* haec in cod. D sociisque temere addita esse B. Weiss (l. l. p. 89) contendit, sed ipse contulit XVI, 7.

XVII, 18. *οἱ δέ Ξένων δαιμόνων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι.* praeter rem B cett. add. *ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν εὐηγγελίζετο.*

XVII, 28. Athous cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 44) in textu *ποιητῶν*, in marg.: *αρατ . . . . ποιητοῦ.*

XVIII, 1—3. *Ἀναχωρήσας δὲ ἀπὸ (μετὰ ταῦτα χωρισθεὶς ἐκ τῶν* t. r.) *Ἀθηνῶν ἦλθεν εἰς Κόρινθον. καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνόματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ — οἵδε ἐξῆεσαν ἀπὸ Ῥώμης (οἵδε ἐξ. α. Ῥώμης* om. t. r.) *διὰ τὸ τεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας (τοὺς* add. t. r.) *Ἰουδαίους ἀπὸ (τῆς* add. t. r.) *Ῥώμης, οἳ καὶ κατῴκησαν εἰς τὴν Ἀχαΐαν (οἳ καὶ — Ἀχ.* om. t. r.) *— προσῆλθεν αὐτοῖς ὁ Παῦλος καὶ διὰ τὸ ὁμότεχνον (εἶναι* add. t. r.) *ἔμενεν πρὸς αὐτοὺς (παρ' αὐτοῖς* t. r.) *καὶ ἠργάζετο. ησαν γὰρ σκηνοποιοὶ τῇ τέχνῃ.* omissa sunt etiam in D *οἵδε* (cf. XV, 2) *ἐξῆεσαν ἀπὸ Ῥώμης*, Blassius vitavit parenthesin post *γυναῖκα αὐτοῦ* e fl. addens *ἠσπάσατο αὐτούς*, post [*ἀπὸ τῆς Ῥώμης*], [*οἳ*] *καὶ κατῴκησαν εἰς τὴν Ἀχαΐαν* pergens: *ὁ δὲ Παῦλος ἐγνώσθη τῷ Ἀκύλᾳ* (Thom. in mg.) *διὰ τὸ κτλ.*

XVIII, 5. *συνεῖχέ τε* scripsi pro *συνείχετο*, Blass. etiam om. *τε*. sensus mihi videtur: *συνεχεῖ τε τῷ λόγῳ Παῦλος διεμαρτύρετο τοῖς Ἰουδαίοις.*

XVIII, 8. Athous cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 44) in marg.: *ὅτι δεῖ πίστιν προηγεῖσθαι τοῦ βαπτίσματος ἀνάγνωσον ἄνω* (VIII, 37) *εἰς τὸν Φίλιππον καὶ τὸν εὐνουχον.*

XVIII, 18—23. *ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος ἔπλευσεν (ἐξέπλει* t. r.) *εἰς τὴν Συρίαν, καὶ σὺν αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας, κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κενχρεαῖς (ἐν Κενχρ. τὴν κεφ.* t. r.)· *εἶχεν γὰρ πρὸς (πρὸς* om. t. r.) *εὐχήν. κατήντησαν δὲ εἰς Ἔφεσον. καὶ τῷ ἐπιόντι σαββάτῳ (κ. τ. ἑ. σ.* om. t. r.) *ἐκείνους (κἀκείνους* t. r.) *κατέλιπεν ἐκεῖ (αὐτοῦ* t. r.), *αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν διελέγετο (διελέξατο* B cett.) *τοῖς Ἰουδαίοις. ἐρωτώντων τε αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐπιμεῖναι παρ' αὐτοῖς οὐκ ἐπένευσεν, ἀλλὰ ἀποταξάμενος καὶ εἰπών Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα (Δεῖ — Ἱεροσ.* om. B. cett. solum *πάλιν* exhibentes), *ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς τοῦ θεοῦ θέλοντος, ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, καὶ κατελθὼν (τὸν δὲ Ἀκύλαν εἴασεν ἐν Ἐφέσῳ, αὐτὸς δὲ ἀν-* ενεχθεὶς add. M. cf. Psch. Thom.) *εἰς Καισάρειαν καὶ (καὶ* om. B cett.) *ἀναβὰς καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ ἐξῆλθεν διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν καὶ (καὶ* om. B cett.) *ἐπιστηρίζων (στηρίζων* B sq.) *πάντας τοὺς μαθητάς.* Aquilae tonsuram D bene illustrat. crinium incrementum Nasiraeus voluntarius impleto voto aliquo Cenchreis sustulit, non novum votum iniens. voluntariam enim abstinentiam Nasiraeis lege mandatam ipse Paulus commendavit 1. Cor. VII, 5. cum vero Paulus Ephesum venit, sequente sabbato, quod memorare superfluum videbatur illi, qui Acta apostolorum brevians edidit,

domo relictis Priscilla et Aquila iam Romae excommunicatis a Iudaeis ideoque urbe expulsis (cf. Sueton. Claud. 25) synagogam ingressus est. Iudaeis autem disputationem continuandam petentibus recusavit. discessus vero rationem, quod festum diem sequentem Hierosolymis agere debeat, B cett. omiserunt, fortasse quia Iudaeis nimium indulgere videbatur. eadem fere enim de Barnaba Clem. Recogn. I, 10: „urgebat tamen profectionem dicens, se diem festum religionis suae, qui immineret, omnimodis apud Iudaeam celebraturum". omisso etiam *καὶ* ante *ἀναβὰς* B cett. arcere studuerunt Hierosolyma profectum, quos secutus Blassius hunc itineris finem negavit a B. Weissio bene defensum. etiam *καὶ* ante *ἐπιστηρίζων* D cett. bene servaverunt.

XVIII, 26—28. *ἐν δὲ τῇ Ἐφέσῳ ἐπιδημοῦντές τινες Κορίνθιοι καὶ ἀκούσαντες αὐτοῦ (τοῦ Ἀπολλωνίου) παρεκάλουν διελθεῖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν πατρίδα αὐτῶν (ἐν δὲ — πατρίδα αὐτῶν* om. B cett.). *συνκατανεύσαντος δὲ αὐτοῦ (βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν* B cett.) *οἱ Ἐφέσιοι (προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ* B. cett.) *ἔγραψαν τοῖς ἐν Κορίνθῳ (ἐν Κορ.* om. B cett.) *μαθηταῖς, ὅπως ἀποδέξωνται τὸν ἄνδρα (ἀποδέξασθαι αὐτόν* B cett.). *ὃς ἐπιδημήσας εἰς τὴν Ἀχαΐαν πολὺ συνεβάλετο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις (ὃς παραγενόμενος συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσιν διὰ τῆς χάριτος* B cett.). *εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ διαλεγόμενος (διαλεγόμενος* om. B cett.) *ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, τὸν Ἰησοῦν εἶναι Χριστόν (εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν* B cett.). etiam hic textum receptum codici D sociisque praestare B. Weiss (l. l. p. 92 sq.), qui etiam Apollon cum Paulo confudit, paucis persuadebit.

XIX, 1. *Θέλοντος δὲ τοῦ Παύλου κατὰ τὴν ἰδίαν βουλὴν πορεύεσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα εἶπεν αὐτῷ τὸ πνεῦμα ὑποστρέφειν εἰς τὴν Ἀσίαν. διελθὼν δὲ τὰ ἀνωτερικὰ μέρη ἔρχεται εἰς Ἔφεσον. καὶ εὑρών τινας μαθητὰς εἶπεν πρὸς αὐτούς Εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ πρὸς αὐτόν Ἀλλ' οὐδ' εἰ πνεῦμα ἅγιον λαμβάνουσίν τινες ἠκούσαμεν.* B etc. *ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον καὶ εὑρεῖν τινὰς μαθητάς, εἶπέν τε πρὸς αὐτούς Εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; οἱ δὲ πρὸς αὐτόν Ἀλλ' οὐδ' εἰ πνεῦμα ἅγιον ἔστιν ἠκούσαμεν.* illius textus auctorem B. Weiss (l. l. p. 93 sq.) contendit oblitum esse XVIII, 22 *ἀναβὰς (εἰς Ἱεροσόλυμα)* vel XVIII, 23, ubi Paulus Antiochia per Galatiam et Phrygiam proficiscens iam Asiam superiorem et Ephesum petierit. verum est, Paulum XVIII, 21 Ephesiis Iudaeis dixisse, se deo volente Hierosolymis ad eos rediturum esse. sed confirmatis discipulis in Galatia et Phrygia inde poterat primo Hierosolyma reverti voluisse, tum Ephesum, unde Hierosolyma profectus erat. voluit etiam XVI, 7 in Bithyniam proficisci, sed paruit spiritui hoc iter vetanti. codicum B cett. lectionem B. Weiss sagaciter argumentatus est cohaerere cum praecedente narratione de Apollo(nio) XVIII, 24—28, quae praemissa non esset nisi eo consilio, ut intellegeretur, quam ob rem Paulus Ephesi manserit. nam Corinthiorum curam agente Apollo Paulum dei voluntatem (XVIII, 21) cognovisse Ephesum reverti iubentis. at vero Paulus

Ephesi mansit etiam Apollo reverso (1. Cor. XVI, 12). Apollos Corinthi in Achaiae ecclesiis Iudaeos refutans et Paulus Ephesi idem fere agens (XIX, 8) coniuncti sunt in codice B sociisque, sed sola temporis ratione (*ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ*). Apollos vero, cuius nomine Corinthiorum pars gloriabatur (1. Cor. I, 12. III, 4—6. 22. IV, 6), tantum valuit, ut Corinthiam Pauli plantationem irrigans memoraretur. quod vero Ephesi illi discipuli, quos Paulus interrogat, acceperintne spiritum sanctum, in B cett. respondent se omnino ne audisse quidem esse spiritum sanctum, etiam B. Weiss miratur, in D cett. illustrationem opinatus. sola ferenda est responsio in D et apud Thomam Her. tradita de spiritu sancto impertito. quam difficultatem post tot exempla in hoc libro narrata (Act. II, 4 sq. IV, 31. VIII, 17. 39. X 44 sq. XI, 15. XV, 8) tollere infeliciter textus recepti auctores conati sunt.

XIX, 4. 5. in Athoo cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 45) nota marginalis duo linearum erasa est.

XIX, 6. *καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς χεῖρα τοῦ Παύλου* (*τοῦ Παύλου χεῖρας* B cett.) *εὐθέως* (om. B cett.) *ἐπέπεσεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* (*ἦλθεν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* B cett.) *ἐπ' αὐτούς, ἐλάλουν δὲ* (*τε* B cett.) *γλώσσαις καὶ ἐπροφήτευον.* linguarum interpretationem addiderunt Thomas Her. et Paris., quos secutus Blassius ultima edidit: *ἐλάλουν τε γλώσσαις ἑτέραις, καὶ ἐπεγίνωσκον ἐν ἑαυτοῖς, ὥστε καὶ ἑρμηνεύειν αὐτὰς ἑαυτοῖς· τινὲς δὲ καὶ ἐπροφήτευον.* B. Weiss l. l. p. 94: „Blass hat jetzt sogar diesen Zusatz in seinen ältesten Text aufgenommen, obwohl er doch augenscheinlich nur eine recht ungeschickt angebrachte gelehrte Reminiscenz an 1. Kor. XIV, 28 ist, die gegen die ihm eigentümlichen Zusätze auf höchste misstrauisch machen sollte.“ at vero Thomas Her. non uno solo codice usus potuit semel etiam lectionem adnotare ceteris omnibus deteriorem, inductam ab aliquo 1. Cor. XIX, 28 conferente.

XIX, 9. *τινὲς μὲν οὖν αὐτῶν* (*ὡς δέ τινες* B cett.) *ἐσκληρύνοντο καὶ ἠπείθουν κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώπιον τοῦ πλήθους τῶν ἐθνῶν. τότε* (*τῶν ἐθνῶν τοτε* om. B cett.) *ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν ἀφώρισεν τοὺς μαθητὰς τὸ* (*τὸ* om. B cett.) *καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ Τυραννίου* (*Τυράννου* B cett.) *ἀπὸ ὥρας πέμπτης ἕως δεκάτης* (*ἀπὸ — δεκάτης* om. B cett.). ipse B. Weiss (l. l. p. 110) has horas scholarum diurnarum Pauli condemnare ausus non est. quis tandem haec temere addidisset? plurima brevianti textus B cett. auctori ea omittere placuit.

XIX, 13—16. *ἐπεχείρησαν δέ τινες ἐκ* (*καί τινες* B cett.) *τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα* (*τοῦ* add. B cett.) *κυρίου Ἰησοῦ λέγοντες Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν Παῦλος κηρύσσει. ἐν οἷς καὶ υἱοὶ Σκευᾶ τινος ἱερέως ἠθέλησαν τὸ αὐτὸ ποιῆσαι, οἳ ἔθος εἶχαν τοὺς τοιούτους ἐξορκίζειν. καὶ εἰσελθόντες πρὸς τὸν δαιμονιζόμενον ἤρξαντο ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα λέγοντες Παραγγέλλομέν σοι ἐν Ἰησοῦ, ὃν Παῦλος κηρύσσει, ἐξελθεῖν* (*ἦσαν δέ τινες Σκεῦα ἀρχιερέως ἑπτὰ υἱοὶ τοῦτο ποιοῦντες* B cett.). *τότε* (*ἀποκριθὲν δὲ* B cett.) *τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν εἶπεν αὐτοῖς Τὸν*

(μὲν add. B cett.) *Ἰησοῦν γινώσκω καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι, ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ, καὶ ἐναλλόμενος εἰς αὐτοὺς ὁ ἄνθρωπος (καὶ ἐφαλόμενος ὁ ἄνθρωπος ἐπ' αὐτοὺς* B cett.), *ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρόν, κυριεύσας (καὶ κατακυριεύσας* B cett.) *ἀμφοτέρων ἴσχυσεν κατ' αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου.* codicem D sociosque B. Weiss l. l. p. 95 sq. etiam hic posteriores, J. Belser l. l. p. 103 sq. etiam hic priores esse censuerunt. B cett. uterque ipsi Lucae tribuit, sed B. Weiss tamquam eius unicum, Belser (excepto voc. *ἑπτά* postea addito) tamquam eius iteratum textum, quibus contradixi (Berliner philolog. Wochenschrift 1893), D cett. integrum, B cett. mutilatum textum exhibere contendens. leve est, quod Sceuas apud D cett. *ἱερεύς*, apud B cett. *ἀρχιερεύς* dicitur (cf. IV, 1 BC). sed eius filiis VII (B cett.) minime convenit *ἀμφοτέρων* v. 16. denique B cett. narrant, daemoniacum Sceuae filios e domo illa expulisse, quamquam antea non retulerunt hos „ad eum intrasse". brevitatis studio manca facta est narratio.

XIX, 29. *καὶ συνεχύθη ὅλη ἡ πόλις αἰσχύνης.* בעל (= בּשֶׁת) LXX Hos. IX, 10. Ier. III, 24. XI, 13 verterunt *αἰσχύνη*. Demetrii operariis in platea clamantibus *Μεγάλη Ἄρτεμις Ἐφεσίων* vere confusa est civitas Aeschynes, i. e. Artemidos. Athenis Paulus XVII, 16 conspexit *κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν*. Sichem appellatur in Testam. XII patriarch. Levi 7 *πόλις ἀσυνέτων*. sic Ephesus civitas Aeschynes. quam appellationem non intellegentes Psch. et Gigas omiserunt *αἰσχύνης*, emendare studuerunt dEHLP *καὶ ἐπλήσθη ὅλη ἡ πόλις (τῆς) συγχύσεως*, omisso voc. *ὅλη* etiam B cett. sic codicis D lectionem etiam a Petro Corssen (Gött. gel. Anz. 1886, 6, p. 430) desperatam defendisse mihi videor (Zeitschrift f. wiss. Theol. 1897, IV, p. 633 sq.).

XX, 3—6. *ποιήσας δὲ μῆνας τρεῖς καὶ γενηθείσης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἠθέλησεν ἀναχθῆναι εἰς Συρίαν. εἶπεν δὲ τὸ πνεῦμα αὐτῷ ὑποστρέφειν διὰ τῆς Μακεδονίας. μέλλοντος οὖν ἐξιέναι αὐτοῦ, μέχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Πύρρου Βεροιαῖος, Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος Δερβαῖος καὶ Τιμόθεος, Ἐφέσιοι δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος, οὗτοι προελθόντες ἔμενον αὐτὸν ἐν Τρῳάδι. ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς Τρῳάδα πεμπταῖοι, ἐν ᾗ καὶ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά.* sic codicem D secutus sum. quod Paulus in Syriam profecturus iubetur reverti (Antiochiam) per Macedoniam, miratur B. Weiss l. l. p. 99, not. sed ipse agnovit Paulum Athenis in Syriam (Antiochiam) reversum per Hierosolyma (XVIII, 18—22). corrupti sunt B sociique, quos secutus B. Weiss edidit: *ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης ἐπιβουλῆς αὐτῷ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς τὴν Συρίαν, ἐγένετο γνώμης τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας* (propria Pauli voluntas non mutatur spiritu divino, cf. XIX, 1). *συνείπετο δὲ αὐτῷ* (om. *μέχρι τῆς Ἀσίας*, quae cum praecedentibus coniungi non possunt) *Σώπατρος Πύρρου Βεροιαῖος, Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσταρχος καὶ Σέκουνδος καὶ Γάϊος καὶ Τιμόθεος, Ἀσιανοὶ δὲ Τιχικὸς καὶ Τρόφιμος· οὗτοι δὲ προελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρῳάδι* (antea Paulum comitati nunc eum praecesserunt). *ἡμεῖς· δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν*

Τρῳάδα ἄχρι ἡμερῶν πέντε, ὅπου διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά. initio transponens et Timotheum Derbaeum creans (contra XVI, 1. 2) Blassius suum *β* sic edidit: *ποιήσας τε μῆνας τρεῖς ἠθέλησεν ἀναχθῆναι εἰς Συρίαν, καὶ γενηθείσης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, εἶπεν τὸ πνεῦμα αὐτῷ ὑποστρέφειν διὰ Μακεδονίας. μέλλοντος οὖν ἐξιέναι αὐτοῦ, ⟨προῆρχοντο⟩ μέχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος Πύρρου Βεροιαῖος, Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος, Δερβαῖος δὲ Τιμόθεος, Ἐφέσιοι δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. οὗτοι προελθόντες ἔμενον αὐτὸν ἐν Τρῳάδι· ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρῳάδα πεμπταῖοι, ἐν ᾗ καὶ διετρίψαμεν ἡμέρας ἑπτά.* Belserus l. l. p. 108 sq. Blassium initio transponentem probavit, sed pro *προῆρχοντο* supplevit *συνείπετο* vel *συνείποντο*, improbavit *μέχρι τῆς Ἀσίας*. denique utrumque textum quasi ab eodem Luca scriptum conciliare studuit.

XX, 15. *καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλίῳ*, in EB cett. omissa, B. Weiss iam 1893 recepit agnovitque l. l. p. 99.

XX, 37—XXI, 1. *προέπεμπον δὲ αὐτὸν ἐπὶ* (*εἰς* B cett.) *τὸ πλοῖον, καὶ ἐπιβάντες ἀνήχθημεν* (*καὶ ἐπιβ. ἀνήχθ.* om. B cett.). *Ἀναοπασθέντων δὲ ἡμῶν ἀπ' αὐτῶν* (*ὡς δὲ ἐγένετο ἀναχθῆναι ἡμᾶς ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν* B cett.) *εὐθυδρομήσαντες ἤκομεν* (*ἤλθομεν* B cett.) *εἰς Κῶ, τῇ δὲ ἐπιούσῃ* (*ἑξῆς* B cett.) *εἰς τὴν Ῥόδον, κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα καὶ Μύρα* (*κ. Μύρα* om. B cett.). *καὶ εὑρόντες πλοῖον διαποροῦν εἰς Φοινίκην ἐπιβάντες ἀνήχθημεν.* B. Weiss (l. l. p. 109) censuit *καὶ Μύρα* addita esse ab emendatore, quia etiam XXVII, 5 sq. Myrae Paulus aliam navem ascenderit. Blassius: „Si recte se habet *καὶ* (vel sim.) *Μύρα*, insequenti die eo (Pataris Myra) pervenisse putandi sunt. nam idem spatium fere Rhodo ad Patara atque Co Rhodum; paulo brevius Mileto Con."

XXI, 23. Athous cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 45) in textu *τί οὖν ἐστιν; πάντως ἀκούσονται*, in marg. *πάντως δεῖ συνελθεῖν πλῆθος· ἀκούσονται γάρ.*

XXII, 20. Athous cod. L. 184 (v. d. Goltz l. l. p. 45) in textu *μάρτυρος*, in marg. *πρωτο.*

XXII, 29. *καὶ παραχρῆμα ἔλυσεν αὐτόν.* haec perperam om. EB cett., quasi tribunus Paulum, quem iam civem Romanum esse novit, post sequentem demum noctem vinculis solvisset (XXII, 30).

XXIII, 5. Exod. XXII, 28. LXXA *οὐκ ἐρεῖς κακῶς* (*οὐ κακῶς ἐρεῖς* Vat.). Act. *ἄρχοντα* pro *ἄρχοντας.*

XXIII, 27. 28. *μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν* (cf. XXII, 26 sq.) iam d male coniunxit cum antecedentibus.

XXIV, 6—8. *ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασεν βεβηλῶσαι, ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν* (*καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρῖναι. κατελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε, κελεύσας τοὺς κατηγόρους ἔρχεσθαι πρὸς σέ*), *παρ' οὗ δυνήσῃ αὐτὸς ἀνακρίνας περὶ πάντων τούτων ἐπιγνῶναι ὧν ἡμεῖς κατηγοροῦμεν αὐτοῦ.* quae uncis inclusa sunt omiserunt B cett., quamvis necessaria. nam Iudaeorum orator Paulum minime nominasset, qui omnes accusationes ipse confirmaret! Belserus (l. l. p. 135 sq.) illa omnino defendit, sed reticuit, quis tandem et quam ob rem omiserit. Lucas ipse ea omittens

librum suum depravasset potius quam emendasset. omisisse videntur quibus Romanus tribunus Pauli culpam confirmans displicuit. H. H. Wendt textum rec. defendit, quasi Lysias de Pauli crimine nihil certius edicere potuisset (XX, 30. XXIII, 28 sq.). sed Iudaei provocant ad tribunum testem tumultus Hierosolymis excitati a Paulo ipsum templum iam conato inquinare. quamvis legis Mosaicae ignarus tamen tumultuosum et seditiosum Paulum cognovisse videbatur.

XXV, 24. 25. *καί φησιν ὁ Φῆστος Ἀγρίππα βασιλεῦ καὶ πάντες οἱ συνπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες, θεωρεῖτε τοῦτον, περὶ οὗ ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐνθάδε, ὅπως παραδῶ αὐτὸν αὐτοῖς εἰς βάσανον ἀναπολόγητον. οὐκ ἠδυνήθην δὲ παραδοῦναι διὰ τὰς ἐντολὰς ἃς ἔχομεν παρὰ τοῦ Σεβαστοῦ. ἐὰν δέ τις αὐτοῦ κατηγορήσῃ, ἔλεγον, ἵνα ἀκολουθήσῃ μοι εἰς Καισάρειαν, οὗ φυλάσσεται. οἱ ἐλθόντες (ὅπως παραδῶ — οἱ ἐλθόντες* om. B. cett.) *ἐβόησαν ἵνα ἀρθῇ ἐκ ζωῆς (βοῶντες μὴ δεῖν αὐτὸν ζῆν μηκέτι* B cett.). *ἀκούσας δὲ ἀμφοτέρων (ἐγὼ δὲ* B cett.) *κατελαβόμην ὅτι ἐν οὐδενὶ ἔνοχός ἐστιν θανάτου, εἰπόντος δέ μου Θέλεις κριθῆναι μετ' αὐτῶν ἐν Ἱεροσολύμοις; Καίσαρα ἐπεκαλέσατο (αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν ἔκρινα πέμπειν* B cett.). Iudaeos et Hierosolymis et Caesareae Paulum accusantes (cf. XXV, 2 sq. 7 sq.) Festus etiam apud B cett. memoravit (*ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐνθάδε*). sed ibi omissis *ὅπως παραδῶ — οἱ ἐλθόντες* iterata accusatio (XXV, 2. 7) confunditur, et Festus Caesareae Paulum interrogans, velitne Hierosolymis iudicari, vitatur. quis non videt, accurate dicta brevitatis studio contracta esse? si quis breviora copiosius reddidisset, optime ea emendasset.

XXVII, 1. *καὶ οὕτως ἔκρινεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν ἀναπέμπεσθαι Καίσαρι. τῇ ἐπαύριον προσκαλεσάμενος ἑκατοντάρχην τινὰ ὀνόματι Ἰούλιον σπείρης Σεβαστῆς παρέδωκεν αὐτῷ τὸν Παῦλον σὺν καὶ ἑτέροις δεσμώταις.* haec redeunt ad XXV, 12, ubi procurator cum consiliariis collocutus Paulum ad Caesarem provocantem probavit. intercessit vero rex Agrippa, cui praesenti Festus XXV, 21 dixit se Paulum conservari inssisse, donec eum missurus esset ad Caesarem, cui illius crimina nondum certius referre posset (XXV, 26. 27). Agrippa vero ipse censuit XXVI, 32, Paulum sine crimine esse et dimitti posse, nisi Caesarem appellasset. his quae intercedunt accommodata sunt quae B cett. exhibent: *ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν, παρεδίδουν τόν τε Παῦλον καί τινας ἑτέρους δεσμώτας ἑκατοντάρχῃ ὀνόματι Ἰουλίῳ σπείρης Σεβαστῆς.* iam non decernitur Paulus Caesari mittendus, sed transvehendus in Italiam, neque procurator ipse, sed nescio qui Paulum tradunt centurioni eum abducturo. Festo vero, ut relationem ad Caesarem componere posset, spatium aliquot dierum datur, sequente die (*τῇ ἐπαύριον*) deleto. ille Festus, qui consiliariis consultis Paulum ad Caesarem provocantem probavit (XXV, 12), minime ignoravit, quae Caesari referret, et iam sequente die Paulum ad eum mittere potuit. quae XXV, 13—XXVI, 32 de Agrippa rege Porcium Festum procuratorem recentem visitante narrantur Pauli Actis inserta esse et cohaerentia interrumpere iam demonstravi (Zeitschrift f. wiss. Theologie 1896, IV, p. 543 sq.). commissura obtegitur in B cett.

XXVIII, 16. *ὅτε δὲ ἤλθομεν εἰς τὴν* (*τὴν* om. B cett.) *Ῥώμην, ὁ ἑκατοντάρχης παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ* (*ὁ ἑκατοντάρχης — στρατοπεδάρχῃ* om. B cett.). *τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη ἔξω τῆς παρεμβολῆς* (*ἐπετράπη τῷ Παύλῳ* B cett.) *μένειν καθ' ἑαυτὸν σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ* quod centurio sibi traditum Paulum praefecto praetorio tradidit, qui eum extra castra manere concessit, B cett. omiserunt potius quam alii testes addiderunt.

XXVIII, 26. 27 laudatur Ies. VI, 9. 10. LXX Al. (*αὐτῶν* post *ὀφθαλμοὺς*)

XXVIII, 29. *καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συνζήτησιν.* etiam haec om. B cett. colloquii exitum neglegentes.

XXVIII, 30. *Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας* om. B cett. etiam hac ratione commissuram adaequantes. nam Iudaeos Paulus iam XXVIII, 28 omnino dimiserat. XXVIII, 17—29 Pauli Actis inserta esse demonstravi l. l. p. 551 sq. Lucas ipse illa non scripsit Theophilo.

XXVIII, 31. *λέγων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, δι' οὗ μέλλει ὅλος ὁ κόσμος κρίνεσθαι.* non inepta totius libri clausula omissa est in B cett.

Acta apostolorum tota ab ipso Luca Pauli adiutore (Philem. v. 24. Col. IV, 14. 2. Tim. IV, 11) conscripta esse Irenaeus adv. haer. III, 14 demonstrare conatus est ex illis Actorum locis, ubi prima persona (*ἡμεῖς*) Pauli gesta narrantur (XVI, 8 sq.). haec Lucam scripsisse non negamus. sed neque continuus est primae personae usus neque Pauli solius acta narrantur. quaeritur, unde cetera hausta sint, quaeritur etiam, utrum haec a Luca ipso scripta sint. possunt etiam ex antiquioribus libellis descripta vel Lucae libro alteri ad Theophilum Antiochenum misso addita esse.

In VIII dissertationibus (Die Apostelgeschichte nach ihren Quellenschriften untersucht, in: Zeitschrift f. wiss. Theologie 1895. 1896) virorum doctorum varias sententias examinavi, in primis Bernardi Weiss (Lehrbuch der Einleitung in das Neue Testament, 1886; Die Apostelgeschichte, 1893), Martini Sorof (Die Entstehung der Apostelgeschichte, 1890), W. C. van Manen (Paulus, I, 1890), Friderici Spitta (Die Apostelgeschichte, ihre Quellen und deren geschichtlicher Wert, 1891), Caroli Clemen (Chronologie der paulin. Briefe, 1893), Ioannis Jüngst (Die Qellen der Apostelgeschichte, 1895), al. ipse hanc fere proposui sententiam: ab auctore ad Theophilum hunc alterum librum compositum esse ex tribus libellis, quos ille nonnullis additis vel mutatis vel deletis coniunxerit. hos vero libros esse: A, ecclesiae Hierosolymis natae, cui Petrus ceterique apostoli praeerant, ab Iudaeorum magistratibus non oppressae origines et incrementa (*πράξεις Πέτρου* hunc librum appellavi); B, septemvirorum Hierosolymis propter Hellenistas electorum historiam (*πράξεις τῶν ἑπτά*), unde Stephani et Philippi acta hausta sint; praecipue vero C, Pauli acta conscripta ab ipso Luca eum magna ex parte comitato (*πράξεις Παύλου* Lucana). quos tres libellos distinguens mihi errasse non videor. sed iam cognovi, Lucam *Παύλου πράξεις* describentem fuisse ipsum auctorem ad Theophilum, cuius librum scriptorem posteriorem (R) mutare studuisse in *πράξεις ἀποστόλων*, insertis libellorum A et B partibus, omnibusque nonnulla addendo, mutando, delendo in eam formam, quae ad nos pervenit, redactis. hac fere ratione iam adnuntiata in annalibus (Zeitschr. f. wiss. Theol. 1898, IV, p. 619 sq.) composui

ADNOTATIONES AD ARGUMENTUM ACTUUM APOSTOLORUM.

I, 1. 2. *Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ἄχρι ἧς ἡμέρας ἀνελήμφθη ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, διὰ πνεύματος ἁγίου οὓς ἐξελέξατο, καὶ ἐκέλευσε κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον.* alterum librum ad Theophilum

scriptor incipit brevi repetens argumentum prioris, cuius finis est Iesus, postquam apostolos iussit evangelium praedicare, in coelos receptus (cf. quae supra p. 228 sq. adnotata sunt). priorem librum ad Theophilum inceperat Luc. I, 1. 2: *ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου.* ibi igitur iam plurimi eadem conscripserunt, hic ipse Lucas solus antecessor praecedentibus in priore libro ad Theophilum narratis. sed quae subsecuta in altero libro conscribenda sint, quo consilio et fine Lucas Theophilo etiam alteram librum dedicaverit, quibus auxiliis usus sit, non legimus. in priore libro Luc. I, 3. 4: *ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς καθεξῆς σοι γράψαι, κράτιστε Θεόφιλε, ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν.* in altero libro prooemium prioris libri argumentum usque ad finem comprehendens statim sequitur ipsa continuatio quaedam Act. I, 3: *οἷς* (apostolis) *καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις δι' ἡμερῶν ὀπτανόμενος αὐτοῖς καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ.* profecto mirum est, eundem scriptorem, qui eidem Theophilo prioris libri antecessores, consilium, auxilia accurate praefatus est, alterum misisse nihil praefatum nisi prioris libri argumentum brevi collectum. neque exemplis neque ratione ipsa comprobatur talis praefatio. etiam magis miramur, si secundum leges grammaticas *ὧν ἤρξατο Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν* interpretamur cum vetere interprete (d): quae inchoavit facere et docere (non: faciens et docens). ipse Blassius (Grammatik des NT. Griechisch, Gottg. 1896, p. 24) in Novo Testamento ne unum quidem locum agnovit, ubi post *ἄρχεσθαι* infinitivus pro participio (secundum Atticos) positus esset, non excipiens Luc. III, 8. IV, 21. V, 21. VII, 15. 24. 38. 49 al. eo minus reticendum erat, a quo vel a quibus Iesu faciendi et docendi officium continuatum sit. mirum igitur non est, viros doctos, Martinum Sorof (l. l. p. 51 sq.), Fridericum Spitta (l. l. 5) et Alfredum Gercke (Der *δεύτερος λόγος* des Lucas und die Apostelgeschichte, in: Hermes XXIX, 1894, p. 389 sq.) censuisse, post Act. I, 2 excidisse consequentem enuntiationem: *τὸν δὲ δεύτερον λόγον ποιοῦμαι κτλ.*, quibus nunc adsentior, antea repugnans.

Hanc sententiam nunc video etiam scriptoris prima persona nonnulla narrantis in hoc libro confirmari. quomodo enim Lucas prima persona narrare potuit, quae contigerint vel acciderint Antiochenae ecclesiae nascenti (XI, 28) et Paulo Troade Philippos, Philippis Hierosolyma, Caesarea Romam proficiscenti (XVI, 10 sq. XX, 5 sq. XXVII, 1 sq.), nisi Theophilo praefatus, se Antiochenae ecclesiae nascenti interfuisse et Paulum comitatum esse? illum, qui Acta apostolorum in hanc formam redegit, Lucae relationem transcripsisse iam antea cognovi (Hist.-krit. Einleitung in d. N. T. p. 606 sq.). sed primae personae usu praefationis partem perditam postulari nunc video. etiam magis breviatam esse praefationem iam codd. B cett. docent omittentes *καὶ ἐκέλευσε κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον.* epistulae ad Hebraeos initium omnino deletum esse Franciscus Overbeck (Zur Geschichte des Kanons, 1880, p. 12) bene animadvertit.

Causam iam cognovisse mihi videor, cur huius praefationis pars maior deleta sit. Theophilus traditur inter primos Antiochiae Christianos (cf. librum meum: Einleitung i. d. N. T. p. 555, not. 1, et supra p. 219), in quorum numerum etiam huius praefationis scriptor in media et ultima libri parte nonnunquam *αὐτοπτικῶς* narrans referendus est. in hoc autem libro praeter Antiochenae ecclesiae origines et Pauli acta etiam Hierosolymitanae ecclesiae origines et nonnulla Petri et Ioannis apostolorum, Stephani et Philippi septemvirorum acta referuntur, quorum particeps Lucas non fuit. haec igitur ad Paulum non pertinentia deleto praefationis fine obstante introduci videntur Iesu assumptione statim post praefationis Lucanae fragmentum (I, 1 2) repetita et copiosius quam in prioris libri fine (Luc. XXIV, 51) enarrata (I, 3—11). quae repetitio etiam satis declinat monte oliveti (Act. I, 12) pro loco prope Bethaniam (Luc. XXIV, 50) substituto et XL dierum spatio interiecto. praefationi mancae alterius libri neque argumentum neque consilium indicenti convenit haec repetitio, qua illius mutilatio obtegitur.

Lucanae praefationis vero illam partem, qua alterius libri argumentum et consilium indicenda erant, servare non potuit scriptor, qui Pauli acta, etiam nunc maximam libri partem, excedere et *πράξεις Παύλου* a Luca eius socio conscripta mutare voluit in *πράξεις ἀποστόλων*. si proprio Marte acta apostolorum conscribere voluisset, vix praeter eorum catalogum (Act. I, 13) de tribus solis, Petro, Ioanne huiusque fratre Ioanne (Act. XII, 2) aliqua tradidisset, satis copiosam de ceteris traditionem (cf. supra p. 199 sq.) omnino negligens. tam manca et imperfecta apostolorum historia effecta est superstructa fundamento fere integrorum Pauli gestorum. Acta apostolorum etiam in hanc fere formam redacta, quae ad nos pervenit, valde mutata esse vidimus tantam lectionum varietatem recensentes. quid mirum, si omnino nata sunt *ἐκ πράξεων Παύλου μεταμορφώσεως εἰς πράξεις ἀποστόλων*?

Quam vero alterius libri occasionem Lucas ipse indicasse videtur? conicio accusationes Pauli, quem Iesu ipsius opus continuasse asseruit. eo consilio videtur Theophilo quae ipse vidit et audivit conscripsisse, ut Paulum defenderet et excusaret. praefationem sic fere audeo complere: *τὸν δὲ δεύτερον λόγον ποιοῦμαι περὶ ἐκείνου τοῦ κήρυκος τοῦ εὐαγγελίου* (cf. 1. Tim. II, 7. 2. Tim. I, 11), *ὃν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ὀφθεὶς* (Act. IX, 3 sq.) *ἐξελέξατο τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν* (cf. Act. IX, 15), *οὗ παρηκολούθησα ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας* (cf. Act. XI, 28) *τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν* (cf. 2. Tim. III, 10. 11), *ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν ἐγκαλεῖται τὴν ἀλήθειαν*. ipsum nomen *Σαῦλος ὁ καὶ Παῦλος* puto sequentibus ita reservatum esse, ut initium fecerit Saulus ecclesiam devastans, tum ad fidem conversus et inde a Sergio Paulo proconsule, quem ad fidem convertit, Paulus appellatus sit.

I, 3—11. *Παύλου πράξεων* praefationis fragmento statim additur *πράξεων ἀποστόλων* initium. apostolis enim Iesus post mortem vivum se praebuisse refertur per XL dies eis apparens. tum in convivio iussit eos Hierosolymis exspectare promissum spiritum sanctum. I, 6

οἱ μὲν οὖν συνελθόντες, qui Iesum interrogaverunt, hocne tempore restituturus sit regnum Israelis, non sunt soli apostoli, quibuscum coenavit. nam non licet cum Blassio al. interpretari: illi igitur (apostoli), cum convenissent. apostoli iam convenerunt ad convivium (I, 4). otiosum esset voc. *συνελθόντες*, nisi coniunctum cum *οἱ μὲν* significaret etiam alios, qui convenerunt. convenerunt praeter apostolos etiam Iosephus Iustus et Matthias, assumptionis testes (I, 22. 23), omnes illi, qui Hierosolyma reversi ascenderunt in diversorium apostolorum (I, 12. 13), CXX fere homines (I, 15), omnino quicunque Iesum a Galilaea comitati sunt Hierosolyma profectum (XIII, 31), apostoli et discipuli (Iustin. Apol. I, 67, cf. supra p. 198). hos omnes Iesus testes suos futuros esse dixit Hierosolymis et in tota Iudaea et Samaria et usque ad ultimum terrae (I, 8). sic incipit apostolos ceterosque non satis distinguens Actorum apostolorum auctor, diversus a Luca, Pauli actorum scriptore, sed adnuntiata non narravit. nihil dedit praeter apostolorum catalogum (I, 13) numerumque post Iudae traditoris mortem suppletum (I, 15—26). Petri solius dicta et facta compluria retulit, sed neque quidquam extra Palaestinam actum vel dictum neque postrema fata. Ioannem Petri socium fuisse tradidit, Iacobi maioris solum mortem memoravit (XII, 2). imperfectum igitur opus sunt haec Acta apostolorum Pauli actis superstructa.

I, 15—26. Apostolorum numerus suppletus vere pertinet ad consilium eorum historiae scribendae vel potius Pauli actis superstruendae. sed Iacobus frater domini, quem ecclesiae antiquissimae principem veteres celebraverunt, ipso Paulo teste (Gal. I, 19. II, 9. 12. 1. Cor. XV, 7), hic ne nominatur quidem (I, 14).

C. II—V. Hierosolymitana ecclesia condita ab Iudaeorum magistris non opprimitur. narrationis tenor et Petri orationes nonnullis additamentis interrumpuntur, quae si Actorum apostolorum auctor (R) inseruit, libellum aliunde receptum (A) reddidisse videtur.

II, 5—11. *Ἦν Ἰερουσαλὴμ ἦσαν* [*κατοικοῦντες*] *Ἰουδαῖοι εὐλαβεῖς, ἄνδρες ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν.* 6 *γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος λαλοῦντας ταῖς γλώσσαις αὐτῶν.* 7 *ἐξίσταντο δὲ καὶ ἐθαύμαζον λέγοντες πρὸς ἀλλήλους·* 8 *Οὐχ ἰδοὺ ἅπαντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τὴν διάλεκτον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν;* 9 *Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμεῖται καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν Ἰουδαίαν* [1]) *καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν,* 10 *Φρυγίαν καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτόν τε καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην* [*καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοι τε καὶ προσήλυτοι*], 11 *Κρῆτες καὶ Ἄραβοι ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ.* v. 5 inepte additum est *κατοικοῦντες*, quia inter Hierosolymis habitantes non possunt etiam esse *οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν* (v. 9). deleto voc. *κατοικοῦντες* v. 5 ferri possent

1) Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν et ego supra edidi, sed nisi Ἰουδαίαν inepte additum est, melius scripsi in Z. f. w. Th. 1895, I, p. 91 sq. Μεσοποταμίαν Ἰουδαίαν (cf. Marc. I, 5. Ioan. III, 22). Ioseph. Ant. XVIII, 9, 1 γίνεται δὲ περὶ τοὺς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ μάλιστα τὴν Βαβυλωνίαν οἰκοῦντας Ἰουδαίους συμφορὰ δεινὴ κτλ.

v. 10 *καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες* (demorantes, cf. XVII, 21. XVIII, 27) *Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι,* nisi ceteri quoque omnes *ἐπιδημοῦντες*, nulli vero proselyti fuissent. Romani vero post Parthos, Medos, Elamitas, Mesopotamiae Iudaeae incolas, Cappadoces, Ponticos, Asianos, Phryges, Pamphylios, Aegyptios, Libyes et ante Cretes et Arabes recensiti vere offendunt. H. H. Wendt Cretes et Arabes additos esse suspicatur, ego Romanos inepto loco positos censeo additos esse, cf. Z. f. w. Th. 1895, I, p. 95 sq.

II, 33. *τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ θεοῦ ὑψωθεὶς καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐξέχεεν ὑμῖν, ὃ καὶ βλέπετε καὶ ἀκούετε.* Iesus I, 4 apostolos iussit Hierosolymis exspectare *τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός, ἣν ἠκούσατε, φησίν, διὰ τοῦ στόματός μου* (Luc. XXIV, 49 *ἐγὼ ἐξαποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς*). novum est, quod Bernardum Weiss non fugit, quod Iesus ipse exaltatus promissionem spiritus sancti in coelis accepit, quem in terris effudit. in evangelio Lucae Iesus spiritu sancto iam generatus (I, 35) et in baptismo instructus (III, 22) a Petro Christus appellatur (IX, 20). itaque paulo alia est sententia in hac Actorum app. parte, ubi *καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησεν τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς* (Iudaei) *ἐσταυρώσατε* (II, 36), ubi Iudaei adhuc exspectare iubentur *τὸν προκεχειρισμένον ὑμῖν Χριστόν* (III, 20). Iesus in terris Christus designatus, in coelis promissione spiritus sancti accepta vere Christus, qui spiritum sanctum effundere potuit. hanc sententiam secutus est Ioannes evangelista (VII, 39. XV, 26. XVI, 7. XX, 22), quamvis ab initio altiora de Iesu docens.

II, 39. *ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν [καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακράν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν].* si Iudaei in terris gentilium dispersi absentes intellegendi essent (Wendt al.), etiam Hierosolymitani absentes memorandi fuissent. intellegendi sunt gentiles ab hac oratione alieni, quos R addidit.

II, 41—47. *οἱ μὲν οὖν πιστεύσαντες ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν [καὶ προσετέθησαν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι]. 42 καὶ ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ τῇ κοινωνίᾳ, τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου καὶ ταῖς προσευχαῖς. 43 [ἐγίνετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο.] 44 πάντες τε οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ εἶχον πάντα κοινά. [45 καὶ ὅσοι κτήματα εἶχον ἢ ὑπάρξεις ἐπίπρασκον καὶ διεμέριζον αὐτὰ καθ' ἡμέραν πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν.] 46 πάντες τε προσεκαρτέρουν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκους ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτό, κλῶντές τε ἄρτον μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας, 47 αἰνοῦντες τὸν θεὸν καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν κόσμον. ὁ δὲ κύριος προσετίθει τοὺς πιστεύοντας καθ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.*

Quae uncis inclusi, a contextu aliena sunt et etiam aliis locis refelluntur. quod enim pentecostes die fere tria milia animarum baptizata esse dicuntur, excedit iam locos, ubi omnes congregantur (II, 46. IV, 31. V, 42. VI, 2), nisi iam aedes cathedralis condita esset. quod apostolorum miraculis plurimis omni animae metus

iniectus esse dicitur, neque totius mundi vel populi favori (II, 47. V, 13. 26) neque sequenti miraculo convenit, quod tamquam primum describi B. Weiss optime docuit. denique quod possidentes sua vendidisse dicuntur (cf. IV, 34. 35), singulis exemplis laudatis vel vituperatis (IV, 36 sq. V, 1 sq. praesertim V, 4) refellitur.

III, 17. *καὶ νῦν* (et nunc iam mitius iudicantes), *ἄνδρες ἀδελφοί, ἐπιστάμεθα, ὅτι ὑμεῖς μὲν κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε τὸ πονηρόν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν.* sic fere de Hierosolymitanis XIII, 27. in priore vero ad Theophilum libro soli gentiles Iesum cruci affigentes sic excusantur Luc. XXIII, 34, Iudaei vero, qui coram Iesu ederunt et biberunt, in quorum plateis ille docuit, condemnantur tamquam *ἐργάται ἀδικίας* (Luc. XIII, 25—27).

III, 20. 21. *ὅπως ἂν ἐπέλθωσιν καιροὶ ἀναψύξεως ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου, καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεχειρισμένον ὑμῖν Χριστόν, Ἰησοῦν κτλ.* optime B. Weiss animadvertit Christum Iudaeis mittendum potius quam iam missum. hic est fere Christus Apocalypseos Ioannis, qui in terris iam testis fidelis (I, 5. XII, 17. XIX, 10. XX, 4) morte piaculari peccata abolevit et diaboli potestatem fregit (XII, 11), sed de coelis venturus est rex regum et dominus dominorum, cf. II, 33.

III, 21. *Ἰησοῦν, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων* [*ὧν ἐλάλησεν ὁ θεὸς διὰ στόματος τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν*]. uncis inclusa addita sunt. cum ea ad *χρόνον* referre non liceat (tum *οὗς* dicendum erat), notioni *ἀποκαταστάσεως* (*πάντων*) repugnant. nam *ἀποκατάστασις* est restitutio in pristinum statum (cf. Act. I, 6), nunquam „Feststellung, und zwar (das liegt in dem *ἀπο*) Herstellung in einen neuen Zustand durch Beseitigung eines bisherigen schlechten“ (Wendt). ceterum ne sic quidem efficitur „Neuordnung in dem ganzen Umfange, in welchem eine solche verheissen ist“, quasi *ὧν* idem esset ac *ὡς, καθώς*. idem fere est quod *παλιγγενεσία* (Matth. XIX, 28). parum apte adduntur dei effata per os prophetarum (cf. Luc. I, 70). R introducere studuit sequentia prophetarum testimonia, secundum t. r. praemittens iam Mose priores prophetas.

III, 20—24. prophetarum princeps est Moses, prophetam alterum sibi aequalem praedicens ab omnibus audiendum (Deut. XVIII, 15 sq.). qua prophetia etiam Stephanus usus est Act. VII, 37, aliter Ioannes I, 22. VI, 14. VII, 40. omnium vero summa prophetia erat Iudaeochristianis, cf. supra p. 204 sq. etiam post Samuelem quicunque locuti sunt (in scriptura sacra) prophetae, omnes hos dies adnuntiaverunt.

III, 25. 26. *ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης, ἣν ὁ θεὸς διέθετο πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν* [*λέγων πρὸς Ἀβραάμ* (Gen. XXII, 18) *Καὶ ἐν τῷ σπέρματι σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς*]. *ὑμῖν* [*πρῶτον*] *ὁ θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ ἐξαπέστειλεν εὐλογοῦντα ὑμᾶς ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἐκ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.*

Petri verbis II, 39 additos esse gentiles advocandos iam vidimus. hic Petro Israelitas filios prophetarum (quorum princeps Moses) et testamenti Mosaici adlocuto additur Abrahamo promissum Gen.

XXII, 18, quo Paulus Gal. III, 8 docuerat gentilium salutem praedictam esse. „testamentum quod deus disposuit ad patre nostros“ nemo non intellegeret Mosaicum, nisi sequeretur Abrahami mentio. Mosaicum foedus appellavit Ieremias XXXI, 32 *τὴν διαθήκην, ἣν διεθέμην* (deus) *τοῖς πατράσιν αὐτῶν*, cf. Hebr. VIII, 10. X, 16 (ex Ierem. XXXI, 33) *αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτούς* (de futuro foedere). Stephano, qui et ipse Act. VII, 37 Mosis vaticinium laudat, *οἱ πατέρες ὑμῶν* sunt Mosis aequales. Paulus dixit Rom. IV, 1 *τὸν προπάτορα ἡμῶν κατὰ σάρκα* Abrahamum, sed Mosis aequales *τοὺς πατέρας* 1. Cor. X, 1. Rom. IX, 5. quomodo igitur huc pertinet Abrahamo promissum? dicere non licet, deum Abrahamo promisisse salutem omnium familiarum terrae (sic enim vertit R *πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς*, ne primo obtutu additamentum cognosceretur) iam spectantem ad Mosis aequales, quibus singulare testamentum disposuit. etiam sequens *πρῶτον*, quod Act. XIII, 46 ratione non caret, additum videtur esse ex mente Pauli Rom. I, 16. II, 9. 10, nisi forte Israelitarum salutis postea etiam gentiles participes futuri censeantur.

IV, 1—4. *Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν τὰ ῥήματα ταῦτα ἐπέστησαν οἱ ἱερεῖς [καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι, 2 καταπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν καὶ καταγγέλλειν τὸν Ἰησοῦν ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν]. 3 καὶ ἐπιβαλόντες αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐκράτησαν αὐτοὺς καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν ἐπαύριον· ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. 4 [πολλοὶ δὲ τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον ἐπίστευσαν, ἀριθμός τε ἐγενήθη ἀνδρῶν ὡς χιλιάδες πέντε]*. uncis inclusa prima addita esse cognoscitur e sequentibus. synedrii enim principes Petrum et Ioannem Iesum in resurrectione mortuorum vel in Iesu resurrectionem e mortuis praedicasse ignorantes interrogant IV, 7, in quali virtute aut in quali nomine claudum sanaverint. specie non interrogaverunt, quia comperta demum Petri (et Ioannis) fiducia cognoverunt eos cum Iesu fuisse (IV, 13). itaque sacerdotes propter tumultum solum utrumque in custodiam dedisse videntur. quod vero multis ad fidem conversis numerus V millium virorum effectus sit, procul dubio eiusdem est, qui iam II, 41^{b} tria millia animarum accessisse retulit. tum etiam altera aedes cathedralis condenda fuisset. omnino narrationis tenor sic interrumpitur. — quod vero v. 1 Dd om. *καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ* (cf. V, 24. 26), mirari possemus, si Aemilius Schuerer (Gesch. d. jüd. Volkes im Zeitalter d. Chr. ed. II, p. 211 sq., III, p. 264 sq.) vere demonstrasset, *τὸν στρατηγὸν τοῦ ἱεροῦ* sacerdotem summo pontifici dignitate proximum fuisse, sed vir cl. mihi non persuasit. Ioma I, 1 docuit, septimo die ante expiationis diem destinandum esse sacerdotem, qui summi sacerdotis forte impediti vice fungeretur, huius vicarius (סגן). itaque perpetuus pontificis maximi vicarius non erat. templi vero strategum perpetuum fuisse vix quisquam negabit. itaque nihil efficitur usu LXX interpretum, qui in V. T. סגן plerumque vertunt *στρατηγός*. distinguendum est inter Chaldaeorum (vel Persarum) סגנים (assyr. saknu) et Iudaeorum, qui cum principibus et sacerdotibus et nobilibus nominantur Ezr. IX, 2. Neem. II, 16. IV, 8. 13. V, 7. VII, 5. XII, 40. XIII, 11. hos LXX vertunt etiam *ἄρχοντας* (Ezr. IX, 2. Neem. IV, 13. V, 7. VII, 5), et discernuntur a sacerdotibus Neem. II, 17: *καὶ οἱ φυλάσ-*

σοντες (הסגנים) οὐκ ἔγνωσαν . . . . καὶ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς ἱερεῦσιν καὶ τοῖς ἐντίμοις καὶ τοῖς στρατηγοῖς (לסגנים) καὶ τοῖς καταλοίποις κτλ. praeterea templo praefectos militares longe excedit Neem. XII, 40 καὶ ἐγὼ καὶ τὸ ἥμισυ τῶν στρατηγῶν μετ' ἐμοῦ.

IV, 27. 28. egregia precatio ieiune neque apte interrumpitur. nam reges terrae et principes, qui convenerunt adversus dominum et Christum eius, et gentes et populi, qui inania meditati sunt (Ps. I, 1. 2), longe excedunt Herodem et Pontium Pilatum cum gentibus et populis Israelis.

IV, 33—35. καὶ δυνάμει μεγάλῃ ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ [χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς. 34 οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς· ὅσοι γὰρ κτήτορες ἦσαν χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον πωλοῦντες καὶ ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων 35 καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· διεδίδετο δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ, καθώς ἄν τις χρείαν εἶχεν]. procul dubio eadem fere quae II, 45 hic addita sunt male praemissa duobus singularis abalienationis exemplis.

V, 5. καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας. praecipi videtur v. 11. nam si Ananiae obitus iam vulgatus esset (extra domum, ut v. 11), mirum esset, post tres horas uxorem eius advenire facti ignaram (v. 7). equidem τοὺς ακούοντας non possum interpretari τοὺς παρόντας (Wendt).

V, 14—16. a R interiecta esse facile cognoscitur. certo enim loco stantes apostoli celebrati a populo (v. 12. 13) ibi a pontifice maximo et comitibus (quos R eodem fere modo, ut IV, 1, sectam Sadducaeorum ipsam fuisse addidit) comprehenduntur (v. 17. 18). quae intercedunt certum locum tempusque omnino tollunt, aegroti in plateis positi, ut praetereuntis Petri sanentur, etiam a suburbanis adlati. interiecta vero eiusdem fere generis sunt, ut XIX, 12. Luc. VI, 19.

V, 36. 37. πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη [Θευδᾶς λέγων εἶναί τινα μέγαν ἑαυτόν, ᾧ καὶ προσεκλίθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡς τετρακοσίων, ὃς διελύθη αὐτός, δι' αὐτοῦ καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐθέν. μετὰ τοῦτον ἀνέστη] Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς καὶ ἀπέστησεν λαὸν πολὺν ὀπίσω αὐτοῦ. κἀκεῖνος ἀπώλετο, καὶ ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διεσκορπίσθησαν. uncis inclusa ingentem errorem chronologicum continent nullis artificiis apologeticis tollendum, quem scriptori potius Acta app. in hanc formam redigenti, quam libro ex parte recepto vel ipsi Gamalieli adiudicamus. reliqua sana sunt, quamquam de censu Quirini etiam Luc. II, 2 erroris chronologici convincitur.

C. II—V igitur pars est libelli optime dispositi, quo Hierosolymitana ecclesia pentecostes festo nata favente populo (II, 47. IV, 21. V, 26) crescens neque magistratuum interdictis oppressa descripta est. quaecunque inserta sunt (II, 5. 10. 39. 41. 43. 46. III, 21. 25. 26. IV, 1. 2. 4. 27. 28. 32—35. V, 5. 14—16. 36. 37) reliqua ab Actorum app. auctore recepta esse docent e libello singulari (A) etiam singularibus sententiis insigni (II, 33. III, 20. 21). populi favori bene congruit eius ipsorumque principum culpa (II, 23. IV. 10)

propter ignorantiam venia digna (III, 17). Friderico Blass et Eberardo Nestle libellus aramaeus subesse visus est. cf. quae supra ad Act. II, 47. III, 14 adnotata sunt. ipse addidi II, 30. sed in textu tradito obstat LXX interpretum usus conspicuus.

C. VI—VIII alius libelli (B) partes receptas esse etiam hic additis non paucis ab Actorum app. auctore comprobatur. eum appellavi *πράξεις τῶν ἑπτά*, quorum primi, Stephanus et Philippus describuntur. novi sunt Hellenistae in ecclesia Hierosolymitana (VI, 1 sq.), praeter quam iam aliae ecclesiae existunt (VIII, 1). populi favor in priore libello (A) conspicuus mutatus quidem esse videtur VI, 7 sacerdotum favore inexspectato, sed omnino deest VI, 12. VII, 54 sq., exceptis illis viris, qui Stephanum sepelierunt (VIII, 2). quod vero maximum est, Iudaei etiam Iesu occisi sontes nulla ratione excusantur (VII, 52), iam inde a vitulo aureo (Exod. XXXII, 1 sq.) usque ad Iesu caedem perversi (VII, 41 sq.).

VI, 1—6. Septemviri propter Hellenistas de neglectione questos ad mensarum ministerium ab Hierosolymitanis electi et ab apostolis sollemniter ordinati in sequentibus evangelistarum potius (cf. XXI, 8) quam diaconorum munere fungi videntur, Philippus iam gentilem aliquem ad fidem convertens (VIII, 27 sq.). Palaestinae fines iam excedit Nicolaus proselytus Antiochenus. novum est voc. *μαθηταί* VI, 1. 2. 7. IX, 1. 10. 19. 25. 26. 38. XI, 29. XIII, 52. XIV, 20. 22. 28. XV, 10. XVI, 1. XVIII, 23. 27. XIX, 1. 9. 30. XX, 1. 7. 30. XXI, 4. 16., antea non obvium (ne I, 15 quidem). septemviri mensis ministrantes conveniunt ad apostolorum XII numerum suppletum (I, 15—26). illi verbo dei ministrantes episcopatum (I, 20 cf. XX, 28), hi mensis ministrantes diaconatum praefigurare videntur.

VI, 7. *καὶ ὁ λόγος τοῦ κυρίου ηὔξανεν* (sic etiam XII, 24. XIX, 20), *καὶ ἐπληθύνετο* (VI, 1 praecessit intransitivum *πληθυνόντων*) *ὁ ἀριθμὸς* (cf. IV, 4. V, 36. XI, 21. XVI, 5) *τῶν μαθητῶν ἐν Ἰερουσαλὴμ σφόδρα* (cf. XVI, 21), *πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.* B. Weiss bene animadvertit, haec neque praecedentibus (ubi V, 13 ipsos Levitas apostolos cavisse video) neque sequentibus convenire, ubi tanta sacerdotum fidelium multitudo omnino ignoratur. equidem non dubito, quin R haec addiderit etiam narrationis tenorem interrumpens. supponuntur etiam extra Hierosolyma discipuli.

VI, 12ᵇ—VII, 1. *καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον — εἶπεν δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ Στεφάνῳ Εἰ ἄρα τοῦτο οὕτως ἔχει* R inseruisse videtur substituens pro Stephano contradicentibus adversariis omnibus victis, quasi conviciato Mosem et deum, ante concitatum populum et presbyteros scribasque, itaque ante plebeios et patricios, quos adloquitur VII, 2 *ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες* (cf. XXII, 1) correpto Stephanum ductum ad ipsum synedrium subito congregatum (non convocatum, ut IV, 5. 6), ubi per falsos testes non iam Mosem et deum blasphemasse (VI, 11), sed assidue contra locum sanctum et legem Mosaicam loqui accusatur (VI, 13. 14). synedrium congregatum tota Stephani oratio ignorat. in ipsa demum caede Stephani falsi testes comparent VII, 58. ibi etiam Stephani facies angeli similis (VI, 15)

quodam modo repetitur visione coelesti (VII, 55. 56), quam et ipsam R inseruit. hic tumultuosam Stephani caedem mutare studuit in iudicialem quendam actum, sed mutationem non occultavit.

VII, 2—53. Stephani oratio in plebeiorum patriciorumque tumultu potius quam coram synedrio habita integra servata est nisi uno versu 37 fortasse addito, ubi Mosis vaticinium de propheta sui simili (III, 22) memoratur ab hoc oratione alienum, „eine parenthetische Zwischenbemerkung (vgl. auch Blass), deren Gedanke freilich dem Redactor der Rede sehr wichtig war“ (Wendt). Stephanus Mosem et ipsum deum blasphemasse accusatus (VI, 11) ostendit et deum gloriae Abrahamo posterisque ab initio favisse et Mosem ab Israelitis nunquam agnitum neque vere intellectum esse usque ad caedem Iesu. deus Abrahamo et semini eius promisit terram Canaan, ubi se e terra servitutis reduces culturi sint in loco sancto (VII, 7). Mosem vero eos salvaturum e terra servitutis Israelitae non intellexerunt, adeo eum in exilium pepulerunt (VII, 29). invitis igitur Israelitis redemptor factus est Moses, qui a deo iussus eos eduxit ex Aegypto. hic in monte Sina ab angelo accepit *λόγια ζῶντα* vel spiritualia (cf. 2. Cor. III, 6) Israelitis tradenda (VII, 38). illi vero ei obedire noluerunt, sed Mosem respuentes vitulum aureum adoraverunt. quam ob rem deus eos pervertit (sic bene fl.) et tradidit servituti exercitus coeli (solis, lunae et stellarum). erat quidem inter Israelitas in deserto et in terra promissa occupata tabernaculum testimonii Mosaicum factum ad instar figurae coelestis usque ad dies Davidis, qui dei gratiam nactus petiit invenire tabernaculum domui Iacobi (Israelitarum nationi proprium, non illud tabernaculum divinum). Salomo etiam magis aberrans deo aedificavit domum non egenti domo ab hominibus constructa. perverso igitur Mosaismo Israelitae carne potius quam cordibus circumcisi et sic observantes testamentum circumcisionis VII, 8 prophetas omnes persecuti occiderunt nuntios adventuri eius iusti (cf. III, 14. XXII, 14), quem ipsum nunc prodiderunt et interfecerunt legem respectu angelicorum praeceptorum (VII, 38. 44, non litterarum) acceptam minime observantes. — Ad VII, 32 cf. Hebr. XII, 21.

VII, 36. *οὗτος ἐξήγαγεν αὐτοὺς ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτου καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσεράκοντα.* Mos. assumpt. III, 11: „Nonne hoc est quod testabatur nobis tum Moyses in profetiis, qui multa passus est in Aegypto et in mari rubro et in heremo annis XL“? Stephanus Mosem miracula fecisse dicit iisdem locis eodemque tempore, quibus Mosis assumptio anno 45 a. D. fero scripta eum passum esse dixit. commune est etiam nomen *ἐρυθρὰ θάλασσα* non obvium praeter 1. Macc. IV, 2. Sap. Sal. X, 18. XIX, 7. Hebr. XI, 29. in quibus nisi forte oratorem cum scriptore convenisse censeas, in Stephani oratione iam illius libri usum animadvertes.

VII, 42. *ἔστρεψεν δὲ ὁ θεὸς καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ προφητῶν* (Amos. V, 25. 26). voc. *ἔστρεψεν*, ut semper, transitive intellectum abundare (Wendt) non dixerim. Israelitas iam Aegyptiorum more vitulum

colentes deus eadem ratione, qua gentiles sui oblitos tradidit in desideria ignominiae (Rom. I, 24 sq.), pervertit et tradidit servituti siderum.

VII, 45—47. *ἕως τῶν ἡμερῶν Δαυΐδ, ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ ἠτήσατο σκήνωμα εὑρεῖν τῷ οἴκῳ Ἰακώβ* (Ps. CXXXI, 5 *ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ θεῷ Ἰακώβ*, לאביר יעקב). *Σολομὼν δὲ οἰκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον.* tabernaculum testimonii dei iussu factum ad instar formae coelestis inter Israelitas mansit usque ad Davidem, qui gratiam coram deo nactus iam petiit aliud tabernaculum neque a deo iussum neque ad exemplum coeleste constructum. itaque illud tabernaculum, quod David ipse petiit (Ps. CXXXI, 5) orator consulte retulit ad domum Iacobi, nescio an hebraico verbo nisus. Salomo vero etiam magis aberrans ei (deo cf. *τοῦ θεοῦ*, non *οἴκῳ Ἰακώβ*) adeo domum (non tabernaculum) aedificavit eodem loco, quo deus ab Israelitis colendus erat (VII, 7). David sua sponte tabernaculum alterum petiit, Salomo adeo domum deo aedificavit a prophetis improbatam. nam aliqua ratione dei domum a prophetis probari interpretes nonnulli per se supponunt. Stephanus de templo eandem sententiam tulit quam Clemens Rom. (supra p. 207 not. 1) et Barnabas qui dicitur epi. c. 16 p. 39, 15 sq. (*τὸν ναὸν*) *ὡς ὄντα οἶκον θεοῦ* carpens, Iesaiae vaticinio LXVI, 1 et ipse usus. Wendt obiecit, tum Stephanum oblitum esse eiusdem fere sententiae, quam Salomo templum consecrans pronuntiavit 3 Regn. VIII, 27 *ὅτι εἰ ἀληθῶς κατοικήσει ὁ θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς; εἰ ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι, πλὴν καὶ ὁ οἶκος οὗτος, ὃν ᾠκοδόμησα τῷ ὀνόματί σου* (*τ. ον. σ.* desunt in hebr.); 2. Paralip. VI, 18 (om. *τῷ ὀν. σου*). iam respondi (Z. f. w. Th. 1895, p. 401) deum in templo habitantem (Exod. XXV, 8. XXIX, 46) Salomonem nondum negasse haec quaerentem.

VII, 54—VIII, 3 non ab eodem scripta esse bene animadverterunt Fridericus Bleek (Einleitung in d. N. T. 1862, p. 339) B. Weiss al. ea quae addita sunt uncis sic secerno: *ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτόν.* [55 *ὑπάρχων δὲ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶδε δόξαν τοῦ θεοῦ καὶ Ἰησοῦν τὸν κύριον ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ ἑστῶτα.* 56 *καὶ εἶπεν Ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ θεοῦ.*] 57 *κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ συνέσχαν τὰ ὦτα αὐτῶν καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν.* 58 *καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν αὐτόν.* [*καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου τινὸς καλουμένου Σαύλου* 59 *καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.*] 60 *θείς τε τὰ γόνατα ἔκραξεν φωνῇ μεγάλῃ λέγων Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς ταύτην τὴν ἁμαρτίαν. καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐκοιμήθη.* VIII [1 *Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ, ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας καὶ θλῖψις ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις. πάντες δὲ διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας πλὴν τῶν ἀποστόλων, οἳ ἔμειναν ἐν Ἱερουσαλήμ*]. 2 *συνεκόμισάν τε τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς καὶ ἐποίησαν κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ.* 3 *ὁ δὲ Σαῦλος ἐλυμαίνετο τὴν*

ἐκκλησίαν κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακήν.

Stephanus a plebeiis patriciisque congregatis (VI, 12ª) de oratione iratis probante Saulo occisus, sepultus vero a piis Hierosolymitanis (VII, 54. 57. 58ª. 60. VIII, 1ª. 2. 3) facile seiungitur a Stephano coram falsis testibus interrogato (VI, 12ᵇ—VII, 1). huc pertinet Stephani iam antea (VI, 14) angeli speciem praebentis visio coelestis (VII, 55. 56), qua narrationis tenor interrumpitur. nam populi irati impetus (VII, 57) ad Stephani orationem potius (ut VII, 54) quam ad eius visionem et verba VII, 55. 56 pertinet. praeterea Stephanus, ut Iacobus apud Hegesippum (supra p. 226), Iesum appellavit *τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου*, quo titulo ambiguo Iesus ipse usus est. tum a populo irato Stephanus extra urbem lapidatur (VII, 58ª). sed VII, 58ᵇ. 59 adduntur lapidantes falsi testes coram synedrio statuti, qui secundum Deut. XVII, 7 primi lapidare debebant. quae addita esse etiam Wendt concessit. testes vero vestimenta deponunt iuxta pedes *νεανίου τινὸς καλουμένου Σαύλου* (cf. XXII, 20), sic primo inducti. VII, 58ª vere sequitur VII, 60 Stephani mors, quem pii Hierosolymitani plangentes sepeliunt. Saulus vero Stephani nece comprobata etiam ecclesiam persequitur viros et mulieres e domibus conquisitos tradens in custodiam (VIII, 2. 3). Saulum Hierosolymitanae ecclesiae viros et mulieres e domibus conquisivisse ille scripsisse non potest, qui modo narravit, eiusdem ecclesiae membra omnia dispersa esse per regiones Iudaeae et Samariae praeter apostolos Hierosolymis remanentes. alius igitur scriptor interiecit VIII, 1, procul dubio idem, qui postea VIII, 4 dispersis Hierosolymitanis introduxit Philippum Samariae praedicantem, VIII, 25 illis dispersis revertentibus a Philippo ad fidem conversum Aethiopem eunuchum, XI 19 iisdem dispersis Antiochenae ecclesiae originem. itaque Actorum app. auctorem (R) e libello B septemvirorum gesta continente Stephani martyrium descripsisse conicio. Saulum etiam ipsam ecclesiam Hierosolymitanam persecutum iam invenisse videtur, addidisse vero Saulum testium lapidtantium vestimenta recipientem, omnino persecutionem perfectam, quam ad totam Hierosolymitanam ecclesiam a Saulo exercitam esse legit.

Stephanum vero protomartyrem ignoravit Clemens Romanus Recogn. I, 70. 71 (cf. supra p. 207 sq.) cruentam persecutionem ab homine inimico (Paulo) excitatam referens. ignorasse videtur etiam Hegesippus (supra p. 226 sq.) ecclesiae Hierosolymitanae origines ita describens, ut Iacobus potius protomartyr fuisse videretur.

Saulus ecclesiam persecutus in Actis app. saepius memoratur. sic IX, 1. 2 pergit Damascum proficiscens, *ὅπως ἄν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς Ἰερουσαλήμ.* IX, 13 Ananias de Saulo: *Κύριε, ἤκουσα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ ἐποίησεν τοῖς ἁγίοις σου ἐν Ἰερουσαλήμ.* IX, 21 Damasceni Iudaei: *οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἰερουσαλὴμ πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο;* XXII, 2—4: *ἐγώ εἰμι Ἰουδαῖος ἀνὴρ ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας γεγεννημένος, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ* (Hierosolymis), *παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ*

παιδευόμενος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, ζηλωτὴς τοῦ θεοῦ, καθὼς ἐστε ὑμεῖς πάντες σήμερον. καὶ ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα μέχρι θανάτου δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὴν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας. XXII, 19. 20: Κύριε, αὐτοὶ (Hierosolymitani) ἐπίστανται, ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων καὶ δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σέ. καὶ ὅτε ἐξεχύνετο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρος, ἐγὼ ἤμην ἐφεστὼς καὶ συνευδοκῶν καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτόν (cf. VII, 58b. VIII, 1). XXVI, 9—11 Paulus ipse: ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι. ὃ καὶ ἐποίησα ἐν Ἰερουσολύμοις. καὶ πολλούς τε τῶν ἁγίων ἐγὼ ἐν φυλακαῖς κατέκλεισα, τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐξουσίαν λαβών, ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον. καὶ κατὰ πάσας τὰς συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτοὺς ἠνάγκαζον βλασφημεῖν, περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς ἐδίωκον ἕως καὶ εἰς τὰς ἔξω πόλεις. itaque quod Saulus ecclesiam vastavit σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακήν repetitur IX, 2. XXII, 4. repetitur etiam voc. ἡ ὁδὸς sine ulla definitione, cf. XVIII, 26 ἐξέθεντο τὴν ὁδὸν (τοῦ θεοῦ add. t. r.). XIX, 9 κακολογοῦντες τὴν ὁδόν. XIX, 23 τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ. XXIV, 14 κατὰ τὴν ὁδόν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν. 22. ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ. deest talis definitio, ut XVIII, 25 in t. r. κατηχημένος . . τὴν ὁδὸν (τὸν λόγον Dd) τοῦ κυρίου. neminem vero sine ulla definitione hoc sensu incipere nuda voce ἡ ὁδὸς utentem confirmat Doctrinae XII apostolorum initium: Δύο ὁδοί, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου. sic fere definitam vocem praecessisse oportet Act. IX, 2. itaque in eo libello, ex quo Act. VIII, 3 haustus est Saulus ecclesiam devastans, alia praecessisse oportet, quae etiam τὴν ὁδὸν definitam praebuerunt. revocamur ad huius libri praefationem mancam Act. I, 1. 2 traditam, quam Saulum ecclesiam devastantem secutum esse coniecimus ab Actorum app. auctore suppressum. e Pauli actis Lucanis conservatus esse videtur Saulus viros et mulieres fideles tradens in custodiam (VIII, 3, cf. IX, 2. XXII, 4), nescio an etiam Saulus Stephani necem comprobans (VIII, 1, cf. XXII, 20). in Actorum app. labyrintho fortasse Ariadnae filum invenimus Act. VIII, 3 ad praefationis partem suppressam, ut fieri potest, adligantes. Paulus ipse se ecclesiam dei persecutum esse confessus est Gal. I, 13. 1. Cor. XV, 9 (1. Tim. I, 13).

VIII, 4—40. Post Stephanum Philippus septemvir secundus inducitur Samaritanos plurimos et Aethiopem nobilem ad fidem convertens, et ipse evangelista potius (cf. XXI, 8) quam Hierosolymitanae ecclesiae diaconus mensis ministrans (VI, 2). et Samaritani et Aethiopes a Philippo ad fidem conversi VIII, 4 (14). 25 coniunguntur cum antecedentibus per Hierosolymitanos fideles dispersos in regionibus Iudaeae et Samariae, quos Actorum app. auctori VIII, 1 debemus. hunc vero et Samaritanos (VIII, 5—8) et Aethiopem (VIII, 26—40) ad fidem conversos ex eodem libello (B) hausisse, qui Stephanum protomartyrem praebuit, eo effici videtur, quod Simonem magum (VIII, 9—24) interiecit et nonnulla VIII, 26. 40 addidit. Samariae ecclesia etiam IX, 31 confirmatur.

VIII, 9—24. Philippo Samariae prosperrime praedicanti (VIII, 5—8) inexspectatus additur Simon magus ibi antea dominatus, tum eorum qui crediderunt et baptizati sunt exemplum secutus. Simon magus nullo modo renisus, ut Elymas magus XIII, 8, laudabiliter se subicit. idem qui magica arte obstupefecit Samaritanos, Philippi miracula videns obstupefit. Samaritani vero fideles in baptismo spiritum sanctum nondum accepisse dicuntur, sicut Ephesii discipuli solo Ioannis baptismo initiati (XIX, 3). qui baptismus spiritu sancto carens alienus est a Pauli sententia 1. Cor. XII, 13 et ab ipsis libellis, quorum partes in Actis app. servatae sunt. etiam Aethiopis baptismum vere sequitur spiritus sanctus impertitus Act. VIII, 39, quamquam in t. r. omissus. Corneli ussociique iam ante baptismum spiritu sancto donantur (X, 44—46. XI, 15). baptismum sine spiritus sancti consecutione illi demum excogitare potuerunt, qui apostolis eorumque successoribus id privilegium tribuerunt, ut soli manibus impositis spiritum impertirent. haec est sententia Actorum app. auctoris, qui omnibus fidelibus fugatis solos apostolos in sede episcopali Hierosolymitana remansisse retulit (VIII, 1), unde eos principes suos Petrum et Ioannem Samariam misisse narrat, ut iam baptizatis manus imponentes spiritum sanctum darent. quod apostolorum privilegium iam IX, 17. 18 in Pauli baptismo ignoratur. hoc episodium Actorum app. auctori debemus, qui Simonem magum cum Paulo mox convertendo confundi noluit. utrumque enim a Iudaeochristianis confusum esse constat (cf. supra p. 213 sq.), ceterum Petrum illum Simonem minime baptizatum (nisi Clem. Recogn. III, 49, supra p. 218, huc referas) non Samariae, sed Caesareae versatum tradentibus (Clem. Recogn. I, 12 sq. Hom. I, 15 sq.)

VIII, 25—40. Philippus Aethiopem eunuchum ad fidem convertens inducitur v. 25: *οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ κυρίου ὑπέστρεφον εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλὰς δὲ κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίζοντο.* illi non sunt Petrus et Ioannes Hierosolymis Samariam missi, ut iam baptizatis etiam spiritus daretur, sed *οἱ διασπαρέντες*, qui *διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον* (VIII, 4). ex duobus enim apostolis Samariam missis Ioannes iam neglectus est, solo voc. *ὑμεῖς* v. 24 quodam modo tactus. quod sensim Hierosolyma rediebant (*ὑπέστρεφον*) multis Samaritanorum vicis evangelium praedicantes, pluribus potius convenit dispersis et verbum dispergentibus, quam duobus certo consilio missis. utrisque, Hierosolymis fugientibus et eo revertentibus, additur Philippus (VIII, 5. 26), qui iam Hierosolyma reversus (Zeller, B. Weiss, Spitta) ab angelo iubetur viam Hierosolymis Gazam descendentem inire, ut Aethiopem Hierosolymis in patriam revertentem conveniat. certo enim meridiei tempori additur certa via strata, qua proficiscentem Aethiopem adire iubetur (VIII, 29), quem vix invenire potuisset, si angelus eam viam definisset VIII, 26: *αὕτη ἐστὶν ἔρημος.* quo modo deserta via certisque orbitis carente proficiscentem convenire potuisset? frequentatam vero viam vitare voluit R, ut Philippus et Aethiops soli convenirent, non videns, conventum sic difficiliorem reddi. certae viae, quae adsignatur, via incerta neque accurate definienda, minime convenit. denique additum

videtur esse VIII, 40 Philippo Azoti invento et evangelium praedicanti civitatibus cunctis: ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν, ubi Philippus X, 1—XI, 18 omnino ignoratur. in Pauli vero actis, quae R iam in mente habuit, XXI, 8 Philippus Caesareae habitans traditur. Aethiops ad fidem conversus excedit Israelitarum terminum in priore libello (A) observatum (II, 36. 39ª. III, 25ª. IV, 31, semotis additamentis II, 39ᵇ. III, 25ᵇ). Samaritanis a Philippo ceterisque fugacibus ad fidem conversis iam additur Aethiops Iudaicae religionis causa Hierosolyma profectus, itaque quodam modo accedens ad Nicolaum proselytum Antiochenum (VI, 3). sic praeparatur gentilium conversio ad fidem. Eusebius H. E. II, 1, 10 sq.: ἀλλὰ καὶ Φίλιππος, εἷς τῶν ἅμα Στεφάνῳ προχειρισθέντων εἰς τὴν διακονίαν, ἐν τοῖς διασπαρεῖσι γενόμενος, κάτεισιν εἰς τὴν Σαμάρειαν θείας τε ἔμπλεως ὢν δυνάμεως κηρύττει πρῶτος τοὶς αὐτόθι τὸν λόγον . . . . ἀλλὰ γὰρ εἰς αὔξην ὁσημέραι προϊόντος τοῦ σωτηρίου κηρύγματος οἰκονομία τις ἦγεν καὶ ἀπὸ τῆς Αἰθιόπων τῶν τῆς αὐτόθι βασιλίδος, κατά τι πάτριον ἔθος ὑπὸ γυναικὸς τοῦ ἔθνους εἰσέτι νῦν βασιλευομένου δυνάστην· ὃν πρῶτον ἐξ ἐθνῶν πρὸς τοῦ Φιλίππου δι' ἐπιφανείας τὰ τοῦ θείου λόγου ὄργια μετασχόντα τῶν τε ἀνὰ τὴν οἰκουμένην πιστῶν ἀπαρχὴν γενόμενον πρῶτον κατέχει λόγος ἐπὶ τὴν πάτριον παλινοστήσαντα γῆν εὐαγγελίσασθαι τὴν τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γνῶσιν καὶ τὴν ζωοποιὸν εἰς ἀνθρώπους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίαν, ἔργῳ πληρωθείσης δι' αὐτοῦ τῆς 'Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ' (Ps. LXVII, 31) περιεχούσης προφητείας.

IX, 3—9. Paulus ipse scripsit 1. Cor. IX, 1 οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν κύριον ἑώρακα; XV, 8 ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεί τῳ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί (Christus e mortuis suscitatus). sed iam Corinthii adversarii eum delirasse dixerunt. Paulo per Simonem magum repraesentato Petrus dixit Clem. Hom. XVII, 19 (cf. supra p. 218): πῶς δὲ σοὶ καὶ πιστεύσομεν αὐτὸ κἂν ὅτι ὤφθη σοι; πῶς δὲ σοὶ καὶ ὤφθη, ὁπότε αὐτοῦ (Iesu) τὰ ἐναντία τῇ διδασκαλίᾳ φρονεῖς; itaque iam Pauli actorum auctori visio illa domini confirmanda erat. Act. IX, 1—9 accurate narratur, Saulum prope Damascum subito circumfulsisse lucem de coelo. postquam in terram cecedit, vere audivit vocem: „Saule, Saule, quid me persequeris?“ quaerenti, quis loquatur, respondet Iesus Nazoraeus, se Saulo persequenti durum esse contra stimulum calcitrare, quo graeco proverbio Aeschylus Agam. 1624, Pindarus Pyth. II, 94, Euripides Bacch. 795 usi sunt. tremens pavensque Saulus quaerit, quid sibi faciendum sit, et iubetur in civitate mandata exspectare. Sauli comites et ipsi stupefacti vocem quidem audiebant, sed adloquentem non videbant et Saulum, qui suscitatus nihil videbat, duxerunt Damascum. visionem etiam Paulus ipse bis enarravit, XXII, 6—11 omisso graeco proverbio ita, ut comites lumen quidem viderint, perterriti vero vocem adlocuti non audiverint, XXVI, 12—18 ita, ut etiam comites lumine coelesti circumfulsi in terram prociderint, adlocutione hebraice cum graeco proverbio facta, altera Sauli quaestio omissa sit, mandatum vero ab initio daretur. communes sunt comites visionis aliquo modo participes, sive vocem audientes (IX, 7), sive lumen conspicientes

(XXII, 9. XXVI, 13). Actis Pauli haec prima relatio omnino sufficit.

IX, 10—19ª. Saulus Damasci a caecitate sanatur et baptizatur, quae ipse brevius enarravit XXII, 12—16, cf. Gal. I, 17. 2. Cor. XI, 32. 35. iam Damasci „viae" sectatores vel Iesu discipulos quaesivit Saulus (IX, 2), quo quomodo venerint non narratur. praeter ecclesiam Hierosolymis existentem (Act. VIII, 1) Samariae Philippum ecclesiam condidisse legimus VIII, 5—8. sed illi, qui Hierosolymis expulsi Samaritanis evangelium praedicaverunt, iam reversi videntur esse (VIII, 25). Damasceni igitur fideles (cf. IX, 19ᵇ. 25) cum antecedentibus minime cohaerent et pertinere videntur ad Pauli acta (C). inter eos excellit Ananias, quem Paulus ipse XXII, 12 Hierosolymitanis commendat fidem eius reticens. quod Ananiae ipsi dominus Ananiam nominat (IX, 12), inepte additum etiam Blassius concessit. Ananiae igitur dominus Saulum designat vas electionis futurum, ut suum nomen portet coram gentibus [et regibus] filiisque Israel. vas electionis agnoverunt Iudaeochristiani, sed diaboli (cf. Clem. Recogn. III, 49, supra p. 218). quod vero Saulus dicitur portaturus nomen domini *ἐνώπιον ἐθνῶν [καὶ βασιλέων] υἱῶν τε Ἰσραήλ*, historiam excedit. coram quibus enim regibus Saulus (Paulus) nomen domini portavit? Act. app. XXV, 23 sq. solum regem Herodem Agrippam I. referunt, coram quo Paulus orationem habuerit. Ananias XXII, 15 praedixit eum Christi testem futurum esse *πρὸς πάντας ἀνθρώπους*. Paulus ipse XXII, 21. XXVI, 17 ad gentes se missum esse dixit (cf. Gal. I, 16), XXVI, 20, se primo Damascenis, tum Hierosolymitanis et in omnem regionem Iudaeae, denique gentibus praedicasse. etiam insolito ordine *καὶ — τε* docemur, postea inserta esse *καὶ βασιλέων*. quod vero Saulum nomen domini coram gentibus ferentem multa pati oportet (*πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς*), cum antecedentibus bene cohaerere nunc cognovi, antea dubitans. Saulum dominus elegit nomen suum laturum coram gentibus. nam ostendet ei viam ineundam, quae passionibus erit plena. sic Ariadnae filum tenere mihi videor. idem, qui Theophilo alterum librum misit, heroem suum passionibus insignem designavit. denique Ananias Saulum, ut spiritu sancto impleatur, baptizat. nullus apostolus accersitur, qui baptizato Saulo manibus impositis spiritum sanctum impertiat (ut VIII, 14 sq.). itaque haec ad Pauli acta Lucana potius quam ad Acta app. superstructa referenda sunt.

IX, 19ᵇ—25. Saulus Damasci Iesum praedicans, cf. Act. XXVI, 20. Paulus ipse Gal. I, 15—17: *ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, ἵνα εὐαγγελίζωμαι αὐτὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι οὐδὲ ἀνῆλθον πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους, ἀλλὰ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν καὶ πάλιν ὑπέστρεψα εἰς Δαμασκόν*. Paulus ab initio gentilibus evangelium praedicans ab Actis app. non ita alienus est, ut non XXII, 17—20 retulerit, sibi Hierosolyma reverso dominum in templo dixisse: „Proficiscere, quia ego in gentes longe mittam te." Antiochia Syriae emissus cum Barnaba Sergii Pauli domum, in quam vocatur, non vitat (XIII, 2 sq.)

neque Antiochiae ad Pisidiam recusat universam civitatem convenientem ad audiendum verbum (XIII, 44). sed Iudaeis verbum dei respuentibus ad solos gentiles se vertit (XIII, 46). Iudaeos ad fidem convertendos se non fugisse Paulus ipse testatus est 1. Cor. IX, 20. 21, quamvis gentium apostolum se professus (Rom. I, 5. XI, 13. XV, 16). itaque nihil nisi hoc discrimen interest, quod Paulus Galatis scribens solum suum mandatum proprium pronuntiavit, Acta app. vero eum ab initio Iudaeos non neglexisse retulerunt. omittunt profectionem in Arabiam, quam Paulus Galatis scribens memoravit, ne ab initio antecessores suos Hierosolymitanos apostolos consuluisse putaretur. in Actis app. XXII, 17—20 (Pauli acta Lucana reddentibus?) Paulus se (contra Gal. I, 17) Hierosolyma reversum dixit, sed a domino vetitum ibi manere, iussum vero exire, ut in gentes mitteretur. Damasci non potuit non disputare cum Iudaeis, quibus litteras pontificis maximi tradendas tulit (IX, 2. XXII, 5. XXVI, 12). neque mirum est miratos Iudaeos Damascenos dixisse: *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο;* ceterum usos eodem voc. *πορθεῖν*, quo Paulus Gal. I, 13. 23, quod Lucani libri vestigium videtur esse. fuga ex Damasco confirmatur ab ipso Paulo 2. Cor. XI, 32. 33: *ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως* (instigatus ab Iudaeis, ut videtur) *ἐφρούρει τὴν πόλιν πιάσαι με, καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους* (Act. IX, 25 *χαλάσαντες διὰ τοῦ τείχους*). Damasci igitur Paulus incepit pro nomine domini pati (Act. IX, 16), *φυγαδευθείς* (Clem. Rom. epi. I, 5, supra p. 221).

IX, 26—30. Saulus Hierosolymis a Barnaba ductus ad apostolos et commendatus, propter Hellenistarum insidias Caesaream deductus, inde Tarsum dimissus mihi quidem Actorum app. auctoris potius quam Lucae Pauli acta conscribentis videtur esse. nam Paulus Gal. I, 16—19 se ad fidem conversum statim non consuluisse homines neque profectum esse ad priores apostolos, sed post tres demum annos Hierosolyma profectum visitasse Cepham adseveravit, apud quem XV tantum dies manserit, alium vero apostolorum se non vidisse nisi Iacobum fratrem domini. hic Saulus Hierosolyma reversus esse dicitur iam antequam conversionis fama eo pervenerit soli Barnabae nota, eumque multo plures apostolos vidisse quam Petrum solum (et Iacobum fratrem domini). neque ignotus facie manet ecclesiis Iudaeae (Gal. I, 22), nisi Hierosolymitanam ecclesiam excipias. Act. XXII, 17—21 vero Paulus reversum quidem se esse dixit, antequam conversionis fama eo pervenerit, sed nondum disputasse cum Iudaeis, ut Act. IX, 29 cum Hellenistis, neque horum insidiis Hierosolymis expulsum, sed a domino iussum exire solum. Paulus coram Agrippa rege locutus Act. XXVI, 20 cum illis congruit, se primo Damascenis, tum Hierosolymitanis *εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας* poenitentiam adnuntiasse confessus, qui repugnat ipsi Paulo Gal. I, 23 ecclesias Iudaeae excludenti, neque vere defenditur Pauli testimonio Rom. XV, 19, se *ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ*. nam haec neque omnem regionem Iudaeae significant neque iam ad tertium annum Pauli ad fidem conversi pertinent.

Saulum vel Paulum mutatum etiam Iudaeochristiani noverunt, sed in peius mutatum. Clem. Recogn. I, 72 (cf. supra p. 208): „Positis itaque nobis in Hiericho ibique orationibus et ieiuniis operam dantibus Iacobus episcopus accersitum me (Petrum) inde huc Caesaream mittit dicens, quia Zacchaeus de Caesarea scripserit sibi, Simonem quendam Samaraeum magum plurimos nostrorum subvertere adserentem se esse quendam Stantem, hoc est alio nomine Christum, et virtutem summam excelsi dei, qui sit supra conditorem mundi (cf. Act. VIII, 10), simulque mirabilia plurima ostendens alios dubitare, alios declinare fecerit ad se.“ mutatus in peius iam exstitit Caesareae, quo Saulus Paulus conversus ad fidem deductus est (cf. Act. IX, 30), inde et ipse ad septentrionem profectus (Clem. Recogn. IV—X). pro Saulo Paulo Simon archihaereticus. Barnabas vero tantum abest, ut inimicum hominem apostolis commendet (Act. IX, 27), ut a Petri eum impugnantis parte stet.

IX, 31—43. Petrus Lyddae et Ioppae agens non cohaeret cum Paulo Hierosolymis Tarsum misso, sed insertus videtur esse ab Actorum app. auctore e libello A, quem post V, 42 deseruit. omnia iam processerunt. Hierosolymitanae ecclesiae iam non praesunt Petrus et Ioannes ceterique apostoli, qui adeo non Hierosolymis resident, ut etiam Iudaeae regiones, ubi iam ecclesiae existunt (IX, 31. 32. 36 sq. XI, 2), peragrent. Tabitha Ioppensis videtur Petrum nosse (IX, 40). per totam igitur Iudaeam dispersi sunt discipuli, quos Petrus visitat, Hierosolymitanae ecclesiae curam agente Iacobo (XII, 17). eadem fere est conditio, qua Paulus Hierosolymis praeter Cepham vel Petrum alium apostolum non invenit nisi Iacobum fratrem domini (Gal. I, 18. 19), iterum vero Hierosolyma profectus Iacobum praesidem cum Cepha et Ioanne apostolis (Gal. II, 9), denique Act. XXI, 18 Iacobum cum presbyteris invenit. etiam in Galilaea ecclesias conditas praecedentia non exhibent. in Samaria ecclesias exstitisse mirum non est post Act. VIII, 5—8. 25. extra urbem sanctam iam tres provinciae ponuntur, quarum duas accessisse Acta app. non tradiderunt. Aeneam Lyddensem (cf. supra p. 219) Petrus eodem fere modo sanat, quo claudum illum sanavit (III, 6. 16. IV, 10. 30). Ioppensis vero Tabitha (graece Dorcas), quam mortuam suscitat, IX, 36 dicitur „plena operibus bonis et eleemosymis quas faciebat“, vix a comite Pauli fidem praeponentis, sed a scriptore vulgarem (ut ita dicam) sententiam sequente celebrata.

X, 1—XI, 18. Cornelium centurionem (cf. supra p. 219) cum ceteris gentilibus Caesareae a Petro ad fidem conversum Actorum app. auctor addidit, sed XI, 2 servavit antiquioris libelli (A) exitum.

Tota narratio coniuncta est cum Petro Ioppae apud Simonem coriarium diutius morante (IX, 43). Caesaream arcessitus a Cornelio et propinquis rogatur ut dies aliquot maneat [1]). ibi vero mansisse,

1) X, 48. τότε προσέταξεν (προσέταξεν δὲ t. r.) αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ (ἐν τ. ὀν Ἰ. Χρ. βαπτισθῆναι t. r.). τότε παρεκάλεσαν (ἠρώτησαν t. r.) αὐτὸν πρὸς αὐτούς (πρὸς αὐτοὺς om. t. r.) διαμεῖναι (ἐπιμεῖναι t. r.) ἡμέρας τινάς. D cett. talem textum exhibent, ut τότε — τινάς postea, sive ab ipso Actorum app. auctore, sive ab alio addita videantur esse. etiam in t. r. invitatio obiter additur.

adeo diutius, non dicitur. Petrum Ioppe (non Caesarea) reversum esse Hierosolyma XI, 2 indicat. diutius enim moratus (cf. IX, 43) voluit proficisci Hierosolyma. fratres igitur (quos Caesareae non habuit nisi Cornelium sociosque modo baptizatos, Ioppae vero non paucos) postquam confirmavit, profectus est eodem itinere, quo Lyddam et Ioppen venerat (IX, 32 *διερχόμενος διὰ πάντων*) multo sermone per agros fideles docens. tantum abest, ut Ioppe neglecta reversus sit Hierosolyma, ut totius itineris meta, quam assecutus Petrus revertitur, Ioppe videatur. Caesaream arcessitur quidem, sed inde discessisse non dicitur. quo copiosius adventus narratur, eo magis discessus desideratur.

Ipsum narrationis argumentum docet, Actorum app. auctorem haec addidisse, ut gentilium conversionem, qualem Paulus exercuit, multis invisam Petri praecedentis exemplo defenderet. Cornelius centurio dicitur *εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ* (X, 1), *ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν θεόν, μαρτυρούμενός τε ὑφ' ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων* (cf. X, 35), i. e. proselytus (cf. XIII, 16. 43. XVI, 14. XVII, 17 al.). proselytos vero Iudaei (quos illi diem festum celebraturi Hierosolyma comitati esse dicuntur II, 10) ne a synagogis quidem arcebant (XIII, 16. 43 *πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων*), neque Hierosolymitani fideles dubitaverunt Nicolaum proselytum Antiochenum eligere septemvirum (VI, 5). illud discrimen, quod Schuererus (G. d. j. V. i. Z. J. C. II, 566 ed. II., III, 565 sq.) fecit inter *τοὺς φοβουμένους* vel *σεβομένους τὸν θεὸν* et *προσηλύτους*, ab Actis app. alienum est. qui fit igitur, ut Petrus Cornelii domum intrans abominatum dicat viro Iudaeo coniungi aut accedere ad alienigenam (X, 28)? proselytorum distantia ab Iudaeis supra omnem modum aucta est. Petrus divinitus iussus hanc distantiam neglegere (X, 15. 28. XI, 9) nunc demum se cognovisse dicit, deum sine respectu hominum in omni gente se timentem et operantem iustitiam (cf. Hebr. XI, 33) acceptum habere (X, 35. 36). nihil novi cognovit, cum iam Iudaei ex omni gente accepissent proselytos, nisi eadem fere repetens, quae Paulus contra Iudaeos etiam in Christi fide praecipuum Iudaei defendentes scripsit Rom. II, 10. 11 *δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν* (non *δικαιοσύνην*), *Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι· οὐ γάρ ἐστιν προσωπολημψία παρὰ τῷ θεῷ*. Cornelius vero sociique Iesum Nazaraeum in Iudaea bene faciendo efficacem satis nosse dicuntur (X, 37 sq.), sed nullo modo etiam sibi praedicandum cupivisse. Iesus a deo unctus dicitur ante beneficia inter Iudaeos perfecta, unctus igitur in baptismo, non postea receptus in coelum, ut Act. II, 22. III, 26 secundum priorem libellum (A). ipse auctor Actorum app. X, 41 ea repetit, quae I, 3 (non 21. 22) praemisit, e totius libri sui initio (I, 5) etiam Iesu verba laudans (XI, 16). spiritum vero sanctum etiam gentilibus datum eorum baptismo praemisit (X, 44 sq. XI, 15), quemadmodum iam VIII, 12 sq. consecutionem spiritus sancti a baptismo praecedente seiunxit. quae hic narrantur etiam repetuntur a Petro XV, 7—9, quasi iam dudum facta, sed neque ibi neque hic ipsi libro conveniunt. hoc loco iam

mirum est, quod Petrus Ioppe arcessitur Caesaream, quo Philippum venisse legimus VIII, 40, ibi domum possidentem (XXI, 8). quae Actorum app. auctor ibi addidit ipse oblitus videtur esse. Hierosolyma vero reverso Petro fratres ex circumcisione (quo nomine iam Petri comites Caesareae etiam gentilibus spiritu sancto impertito a fidelibus e gentibus puncto temporis ortis discreti sunt X, 45) vituperant, quod ille introiverit ad viros praeputium habentes et manducaverit cum illis (XI, 2. 3). sed de omnibus certiores facti glorificant deum dicentes: „Ergo et gentibus deus poenitentiam ad vitam dedit“ (XI, 18). haec autem ignorant Antiocheni, quibus Paulus et Barnabas ex itinere reduces tamquam novum referunt, deum aperuisse gentibus ostium fidei (XIV, 27). nova etiam Phoenices et Samariae ecclesiis conversio gentium a Paulo et Barnaba relata (XV, 3). novam neque antea auditam gentium conversionem ipsi a Iudaea Antiochiam profecti adversarii testantur circumcisionem Cornelio sociisque non iniunctam recens conversis gentilibus cum moribus Mosaicis imponendam esse censentes XV, 1. 5). quibus vere contradicit Petrus XV, 7—9 omnibus bene notum esse dicens Cornelii sociorumque iam dudum exhibitum exemplum eodem modo quo Iudaeos fideles spiritu sancto instructorum. itaque quaecunque de Cornelio a Petro (non a Philippo) ad fidem converso narrantur neque antecedentibus congruunt (Philippo iam Caesaream profecto VIII, 40, cf. XXI, 8) neque sequentibus, ubi hoc insigne gentilium ad fidem conversorum ante XV, 7 ignoratur. etiam per se spectata omnem modum excedunt proselytos ab Iudaeis omnino seiungentia. Petrus tantis ambagibus Caesaream accersitus, ut ita dicam, more francogallico clam discedit. procul dubio Actorum app. auctor noluit Paulum nemine praeeunte, multis vero improbantibus gentiles ad fidem convertisse neque circumcisionem neque mores Mosaicos imponentem.

Actorum vero app. auctor antiquiorem relationem de Petro ecclesias usque ad Lyddam Ioppenque visitante non omni ex parte extinxit. conservavit enim (VI) viros Petrum comitatos Ioppe Caesaream (X, 23. 45), inde (vel potius Ioppe) Hierosolyma (XI, 12), comites igitur (ut videtur) in toto itinere perpetuos. neque solum commentum est Cornelius centurio etiam Iudaeochristianis notus (cf. supra p. 219). hi vero Philippum et ipsi neglegentes Caesareae ecclesiam a Petro conditam tradiderunt, eam vero a Zacchaeo potius quam a Cornelio deducentes. Clem. Recogn. II, 1. 19 primus post Petrum Zacchaeus. Hom. II, 1 *ὧν* (Petri comitum) *πρῶτος Ζακχαῖος ὅ ποτε τελώνης* (cf. Luc. XIX, 2 sq.), quem Petrus discedens ordinavit episcopum, Recogn. III, 68 sq. Hom. III, 63 sq. *Ζακχαῖον, πρὸς ὃν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν εἰσιὼν ἀνεπαύσατο* (Luc. XIX, 2 sq.). Constitt. app. vero Zacchaeo addiderunt Cornelium Caesariensem VI, 8 p. 164, 17 sq. *ὁ μὲν οὖν Σίμων ἐμοὶ Πέτρῳ πρῶτον μὲν ἐν Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος, ἔνθα Κορνήλιος ὁ πιστὸς ἐπίστευσεν, ὢν ἐθνικός, ἐπὶ τὸν κύριόν μου δι' ἐμοῦ, συντυχών μοι ἐπειρᾶτο διαστρέφειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, συμπαρόντων μοι τῶν ἱερῶν τέκνων, Ζακχαίου τοῦ ποτὲ τελώνου κτλ.* primi episcopi recensentur VII, 46, p. 228 sq.

Καισαρείας δὲ τῆς Παλαιστίνης πρότερον μὲν Ζακχαῖος ὅ ποτε τελώνης, μεθ' ὃν Κορνήλιος καὶ τρίτος Θεόφιλος. praeterea apud Euseb. H. E. IV, 5, 3 Zachaeus quartus est Hierosolymorum episcopus.

XI, 19—26 Antiochenae ecclesiae initia describuntur et ipsa deducta ab illis fidelibus, qui Stephano occiso Hierosolymis expulsi sunt (VIII, 1. 4). sed ibi per solas Iudaeae et Samariae regiones dispersi iam sensim Hierosolyma reversi esse dicuntur (VIII, 25), hic vero profecti usque ad Phoenicen, Cyprum, Antiochiam neque reversi Hierosolyma, ubi integra est ecclesia (XI, 22). transitum quendam priori (VIII, 4) similem fecit Actorum app. auctor, cuius procul dubio sunt XI, 20 Cyprii et Cyrenaei etiam Graecis adnuntiantes Iesum Christum, iam Petri exemplum ab Hierosolymitanis probatum secuti. ceteri enim solis Iudaeis verbum praedicasse dicuntur fidelium ex circumcisione rationem observantes (XI, 19, cf. X, 45. XI, 2 sq.). illi sunt Cyprii, ut Barnabas (IV, 36), et Cyrenaei (cf. VI, 9), ex quibus Lucius inter Antiochenae ecclesiae principes censetur (XIII, 1). quod Petrus valde dubitans deo iubente fecit (X, 28 sq.), hi iam sponte ne dubitantes quidem agunt etiam gentiles ad fidem convertentes. profecto mirum neque congruum sequentibus (XIII, 46 sq. XIV, 27 sq.). quod vero manus domini cum eis fuisse (cf. Luc. I, 66) multusque numerus ad fidem conversus esse dicitur (XI, 21), non ad Phoenicen et Cyprum pertinet, sed ad solam Antiochiam, quo ecclesia Hierosolymitana iam diu restituta tanti successus fama mota Barnabam mittit eadem fere ratione, qua VIII, 14 sq. apostoli soli Hierosolymis principes suos Samariam miserunt. Barnabas Antiochensium fidelium coetum etiam numero auxit et sponte Tarso Saulum arcessivit. utroque igitur per totum annum doctoris officio fungente et coetum (ex Iudaeis et Graecis) commiscente Antiochiae iam orta est appellatio Christianorum (cf. supra p. 220). haec omnia ita cohaerere, ut secerni non possint, iam cognovi. eiusdem scriptoris sunt, qui Acta app. in hanc formam redegit. hic praecepit Barnabam et Saulum, qui XIII, 1 demum conditae Antiochenae ecclesiae doctores recensentur. Lucas ipse Theophilo Antiochenae ecclesiae initia non ignoranti haec non scripsit. inter primos fideles Antiochenos gentiles, nisi iam proselyti erant (cf. VI, 5), omnino defuisse constat (cf. XIV, 27). de certo ecclesiae Antiochenae auctore postea controverso nihil refertur.

XI, 27—30. *ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις* (cf. I, 15. VI, 1. IX, 37, i. e. nascente Antiochena ecclesia) *κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν. ἦν δὲ πολλὴ ἀγαλλίασις. συνεστραμμένων δὲ ἡμῶν ἔφη εἷς ἐξ αὐτῶν [ὀνόματι Ἄγαβος], σημαίνων διὰ τοῦ πνεύματος λιμὸν μεγάλην μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ἥτις ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου. οἱ δὲ μαθηταί, καθὼς εὐπορεῖτο, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς, ὃ καὶ ἐποίησαν ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους [διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου]*. post libri alterius ad Theophilum dedicationem I, 1 iterum animadvertitur idem primae personae usus, in t. r. non obvius ante XVI, 10—17. qui haec narravit, unus erat ex primis membris Antiochenae ecclesiae, inter cuius principes (ne praecedentia XI,

22—26 repetam) Saulus (Paulus) recensetur (XIII, 1). profecto mirum esset, si Lucas Antiochenus Paulum comitatus eiusque acta, quibus interfuit, Theophilo Antiocheno conscribens prima persona usus non esset ante Troadem relictam. qua in re H. H. Wendtio (Th. St. u. Kr. 1892, II, p. 279 sq. et ad h. l.) meam sententiam (Einl. in d. N. T. p. 550, not. 1. p. 606) comprobante gaudeo. ad ecclesiam Antiochiae nascentem etiam prophetae (cf. XIII, 1. XV, 32. XXI, 10) descenderunt, qui magna exultatione excepti sunt. „conversantibus autem nobis praedixit unus ex iis nomine Agabus“ (etiam a Montanistis celebratus, cf. supra p. 221) famem magnam futuram in toto orbe terrarum, quae facta est Claudio imperatore. quis tandem hoc praesentis scriptoris testimonium postea induxisset? delendum potius videbatur tam singulare vestigium illis, qui textum lima polire studebant. etiam voc. *συνεστραμμένων* (cf. Matth. XVII, 22) de conventu dictum hic et XVI, 39 in t. r. deletum est. qui vero hic dicitur *εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος* etiam XXI, 10, quasi primo inductus, designatur: *κατῆλθέν τις ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας προφήτης ὀνόματι Ἄγαβος*. illo vero loco singulus propheta memoratur, cuius nomen vix reticeri potuit. itaque R hoc loco addidisse videtur *ὀνόματι Ἄγαβος*, iam illius loci memor (Wendt), quemadmodum iam VIII, 40 addidisse videtur *ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς Καισάρειαν*. non mutavit autem Antiochenos discipulos pro facultate contribuentes ad iuvandos fratres Iudaeam inhabitantes, quasi iam possessiones abiecissent (ut II, 45. IV, 34. 35). collectam pecuniam mittunt ad presbyteros, quos Hierosolymis institutos esse neque A (I, 15—V, 42. IX, 31—42) neque B (VI 1—6) retulerunt, sed sequentia Hierosolymitanis praefuisse (XV, 2. 4. 6. 22. 23. XVI, 4. XXI, 18) testantur, etiam aliis ecclesiis praefectos (XIV, 23. XX, 17), vel episcopos (XX, 28). denique R, ut etiam Wendt censuit, addidit *διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου*. nam vetante Paulo ipso (Gal. I, 20) uterque Hierosolymis adfuisse refertur eodem fere tempore, quo rex Herodes Agrippa I. Iacobum maiorem interfecit, Petrum interficere studuit, ipse vero subito mortuus est (797 u. c., 44 a. D). quo mortuo Barnabas et Saulus Hierosolymis reversi esse dicuntur, comitante eodem Ioanne Marco, cuius matris domum Petrus ab angelo e custodia liberatus quaesiverat, etiam postea Barnabae et Sauli comite (XIII, 5. 13. XV, 37—39). itaque R Ioannem Marcum introducturus XII, 1—23 inseruit haec aliunde hauriens, ut videbimus. iam Fridericus Schleiermacher vidit, eundem scriptorem, qui Barnabam et Saulum iam XI, 22 sq. 30 memoraverit, non potuisse pergere XIII, 1 *ἦσαν δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ἐν οἷς Βαρνάβας . . . . καὶ Σαῦλος*.

XII, 1—23 R transiturus ab Antiochena ecclesia nascente ad Barnabam et Saulum fidem longius propagaturos ab ea sollemniter emissos inseruit ex A. continuatur enim Hierosolymitanae ecclesiae historia, quae ab Iudaeorum magistris iam quodam modo tolerata (I, 15—V, 42) latiusque propagata (IX, 31—43. XI, 2) Herodis Agrippae I. persecutionem cruentam passa est. rex gladio interfecit Iacobum maiorem Ioannis fratrem, de cuius obitu cf. Clem. Alex. supra p. 221. Petrus e carcere ab angelo educitur eadem fere ratione,

qua omnes apostoli V, 19 sq. Mariae matris Ioannis cognominati Marci domum assecutus omnia nuntiari iubet Iacobo (fratri domini, de quo supra p. 202 sq.), qui ecclesiae Hierosolymitanae praefectus confirmatur Act. XXI, 18 sq. Gal. I, 19. II, 9. copiosioris libelli fragmentum descriptum esse inde cognoscitur, quod post Petrum liberatum etiam additur regii persecutoris subita mors. R ex suis addidit XII, 24. 25, brevius repetens VI, 7 et referens, Barnabam Saulumque expleto mandato Hierosolymis reversos esse, adsumpto Ioanne cognominato Marco, de quo in sequentibus nonnulla relaturus erat. omnino non animadvertit se contradicere Paulo, qui Gal. I, 19. II, 1. 2 invocato deo asseveravit se post illud iter Hierosolymitanum (Gal. I, 18. 19. Act. IX, 26—30) in Syriae et Ciliciae regionibus gentibus evangelium praedicasse neque Hierosolyma iterum ascendisse nisi XIV annis post conversionem (Gal. I, 15 sq.) praeterlapsis.

XIII, 1—12. Barnabas et Saulus, qui coram Sergio Paulo proconsule et postea iam altero nomine Paulus appellatur, Antiochia emissi Cyprum peragrant. inde ab hoc itinere Actorum app. auctor sola Pauli acta Lucana reddidisse videtur, nonnullis additis vel omissis, passim etiam mutatis.

Ἦσαν δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν (cf. XIV, 13 *τοῦ ὄντος Διὸς πρὸ τῆς πόλεως*. XI, 22 t. r. et Rom. XIII, 1) *προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ἐν οἷς Βαρνάβας καὶ Συμεὼν ὁ ἐπικαλούμενος Νίγερ καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρῴδου τοῦ τετράρχου σύντροφος καὶ Σαῦλος.* missis omnibus quae inde ab XI, 30^{b} *διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου* usque ad XII, 25 narrata sunt, revocamur ad illos prophetas, qui Hierosolymis Antiochiam descenderunt (XI, 27 sq.). praeter illos prophetas, qui Antiochiam visitaverunt, in ecclesia ibi iam constante sunt prophetae et doctores. tribus autem cognomine (Niger), patria (Cyrenaeus), fato (Herodis collectaneus) certius designatis nude praeponitur Barnabas, postponitur Saulus, uterque lectori iam notus. Barnabas memoratus est Act. IV, 36. IX, 27. XI, 22. 30. XII, 25, et si libellum quaeris subiacentem (C), bene potuit censeri inter prophetas Hierosolymis Antiochiam profectos. Saulus memoratus est Act. VII, 58. VIII, 1. 3. IX, 1. 8. 11. 19. 22. 24. 26. XI, 30. XII, 25. spiritu sancto iubente Barnabas et Saulus sollemniter emittuntur, apostoli electi secundum Chron. pasch. p. 435, cf. supra p. 220). sic Saulus vel Paulus iam ostenditur vas electionis portans nomen domini coram gentibus (IX, 15), missus ad gentes procul (XXII, 21. XXVI, 17). in Barnabae patriam, Cyprum profecti Salami in synagogis verbum praedicant. — additur XIII, 5 *εἶχον δὲ καὶ Ἰωάνην ὑπηρετοῦντα αὐτοῖς*, de quo ministro comitante in itineris initio nihil dictum est. haec R loco parum apto inseruisse videtur, eodem fere modo etiam postea (XIII, 13) additurus *Ἰωάνης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα* (cf. XII, 25). breviore appellatione usus est iam praemissa pleniore (XII, 12. 25), qua postea (XV, 37) memoratur recusatus a Paulo comes secundi itineris. denique XV, 39 brevi appellatur Marcus Barnabam comitans. omnia cohaerent. Ioannis cognominati Marci mentionem praeparatam XII, 12. 25 omittere non potuit scriptor, qui eum a Paulo

secundum iter praeparante repudiatum esse relaturus erat. itaque R Ioannem vel Marcum XII, 25. XIII, 5. 13 inseruisse videtur. — Paphi vero iam praeparatur gentilium conversio ad fidem. Barnabas et Saulus arcessuntur a Sergio Paulo proconsule, quem A. Hausrath (NTliche Zeitgeschichte II, 225), I. B. Lightfoot (Contemp. Rev. 1870, p. 290 sq.), Palma di Cesnola (Cyprus Lond. 1897, p. 425) bene illustrasse videntur (cf. Wendt ad h. l.). apud hunc virum clarissimum Barnabas et Saulus inveniunt Bariesum magum pseudoprophetam Iudaeum propter magicam artem etiam Elymam (עלימא) appellatum. qui cum proconsulem illos libenter audientem a fide avertere studeret, Saulus, qui et Paulus, ab hoc inde loco XIII, 9 Paulus appellatus mago eandem fere caecitatem adnuntiavit, quam ipse domino conspecto et audito passus est (IX, 8. 9). quo facto proconsul stupefactus credidit deo, sed baptizatus esse non dicitur. hic enim Paulus gentiles nondum quaerit, sed quaerentes vel obviam factos non fugit vel evitat. Saulus inde a Sergio Paulo proconsule in hoc libro ornatus novo nomine Pauli iam adaequatur fere Iosepho, quem apostoli honoraverunt cognomine Barnabae (IV, 36), ipsique Simoni (vel Symeoni XV, 14), quem dominus ornavit nomine Cephae vel Petri (Matth. XVI, 18). mago vero Iudaeo a Paulo devicto cavetur, ne quis hunc et ipsum Simonis magi similem existimet (cf. supra p. 216 sq.).

XIII, 13—41. Paulum in synagoga Antiochiae ad Pisidiam ex C descripsit R paucis additis (XIII, 13^b de Ioanne Marco subito discedente et XIII, 38. 39 de iustificatione). Barnabam et Saulum archisynagogi invitant ad orationem habendam, dissidiorum omnium, quae iam inter Iudaeos de Iesu fide orta erant, ut videtur, ignari. Barnabam et Paulum fidem ab Iudaismo alienam iam Antiochiae Syriacae (XI, 22—29) et paulo ante Cypriis praedicasse ignorant. Paulus vero Petri exemplum (X, 22. 28) minime secutus Israelitas cum proselytis arctissime coniungit (XIII, 16. 26). orationem habuit singularem ad Iudaeos *ἐν τῇ διασπορᾷ*. deum electum suum populum ab initio servasse et e Davidis semine secundum promissionem excitasse Israelitarum salvatorem, [24] *προκηρύξαντος Ἰωάνου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα μετανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραήλ* (Marc. I, 4. Luc. III, 3, cf. Matth. III, 2). [25] *ὡς δὲ ἐπλήρου Ἰωάνης τὸν δρόμον, ἔλεγεν Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμὶ ἐγώ* (cf. Ioan. I, 20. Iustinus Dial. c. 88), *ἀλλὰ ἰδοὺ ἔρχεται μετ' ἐμέ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι* (Matth. III, 11. Marc. I, 7. Luc. III, 16, cf. Ioan. I, 27). quae etiam Act. XIX, 4 coniunguntur, Ioannis baptismus poenitentiae et maioris post eum venturi praedictio, hic seiunguntur. Ioannes primo praedicavit baptismum poenitentiae omni Israelis populo, tum iam implens cursum suum dixit: „Quem me suspicamini esse? non sum ego, sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamentum pedum solvere.“ talem fere Israelitarum suspicionem in canonicis evangeliis solus Lucas III, 15 retulit, praeterea Iustinus martyr Dial. c. Tr. c. 88: *οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν, πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος* (Ies. XL, 3). *ἥξει γὰρ ὁ ἰσχυρότερός*

μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. Ioannem igitur etiam *Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι; οὐκ εἰμὶ ἐγώ* locutum nunc agnosco, antea negans, quamquam ad salvatorem e Davidis semine promissum (XIII, 23. 32) haec non pertinent. sed eo magis contendo, hic singularem exhiberi relationem, quam Luc. III, 15 et Iustini evangelium non canonicum ex parte conservaverint. singularia etiam insunt sequentibus XIII, 27—29 secundum D sociosque. Israelitis Antiochiam Pisid. inhabitantibus proselytisque Paulus dicit verbum huius salutis missum esse. nam Hierosolyma inhabitantes cum principibus non intellegentes scripturas (Ies. LIII al.) sabbato quoque praelectas ipso iudicio de Iesu lato implevisse inscios; et illos, quamquam nullam culpam mortis invenerint in eo, postquam iudicium (iniquum) tulerunt, eum tradidisse Pilato ad supplicium. cum vero consummarent (inscii, sed non innocentes) omnia de eo scripta, eos petivisse a Pilato, ut hunc quidem (Barabban dimittens) cruci adfigeret, crucifixo vero (Iesu) petivisse a Pilato, ut de ligno eum demerent, iterumque impetrato depositum de ligno posuisse in monumento, omnia praecaventes. quod Hierosolymitani principes in Iesu nullam mortis causam invenisse dicuntur, contrarium est Matth. XXVI, 66. Marc. XIV, 64 neque Luc. XXII, 71 XXIII, 2. 22. 25 confirmatur. quod vero Hierosolymitani a Pilato impetrata licentia de cruce Iesum deposuerunt et in monumento posuerunt, soli fere evangelii secundum Petrum fragmento anno 1892 edito convenit, ubi v. 21—24 Iudaei Iesum de cruce in terra deposuisse et Iosepho Arimathaeensi tradidisse sepeliendum referuntur. Israelitas Hierosolymitanos cum principibus Iesum per ignorantiam interfecisse iam Petrus Act. III, 17 docuit, sed eos Iesum, quamquam causam mortis in eo invenerint nullam, condemnasse et Pilato tradidisse ad supplicium, solus hic Paulus asseruit. hac igitur ratione iam non inscii peccaverunt. orator pergit XIII, 30 sq., Iesum a deo resuscitatum visum esse illis, qui eum comitati sunt inde a Galilaea usque ad urbem, itaque non solis apostolis (I, 3), sed etiam illis Galilaeis, CXX fere numero (I, 15), „per complures dies“, fortasse non per XL dies (Act. I, 3), sed secundum Paulum intellegendos, qui 1. Cor. XV, 5—8 Christum resuscitatum sexies apparuisse scripsit. ad Israelitas Antiochenos Pisidiae Iesu caedis insontes iam venerunt hi nuntii adfirmantes, deum ea quae patribus promisit filiis implevisse. promisit Ps. II, 7. 8: „Filius meus es tu, ego hodie genui te. postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae.“ Abrahami posteris deum, qui e Davidis semine Israeli servatorem promisit (XIII, 23), suscitasse (*ἀναστήσας* idem quod *ἤγειρεν*, cf. III, 22. 26. VII, 37) Iesum Christum, orator solo Ps. II, 7 (cf. Hebr. I, 5) non probaret (vide supra p. 244), neque *σήμερον* resurrectionis diem significat. Iesus Israelis servator non probatur nisi addito Ps. II, 8 de imperio gentium orbisque terrarum, quod Davidi ipsi non contigit, sed eius filio continget etiam gentium fidelium domino futuro. sic fere angustiore sensu de Iesu e mortuis suscitato laudatur Ies. LV, 3: „et dabo vobis sancta (*τὰ ὅσια*) Davidis fide digna.“ imperator e Davidis semine oriundus

etiam pontifex summus futurus est. sancta vero Davidis Israelitis promissa coniunguntur cum illo sancto dei (*τὸν ὅσιόν σου*), qui Ps. XV, 10 dicitur corruptionem non visurus. Paulus hic si Petrum Act. II, 27. 31 eodem loco usum secutus esset, novo certe modo *τὰ ὅσια* Iesaiae et *τὸν ὅσιον* Psalmorum composuisset. sed utrumque locum etiam ipse conferre potuit. orator finem facit duplice conclusione (*οὖν*), priore laeta (XIII, 38. 39), altera terribili (XIII, 40. 41). laeta vero conclusio a praecedentibus deflectit et doctrinam de iustificatione inducit sine Pauli acumine. deflectit a praecedentibus, quae ad imperium populo electo a deo promissum spectant. inde a populo ex Aegypto educto per terram Chanaan occupatam, iudices, Davidem regem, e cuius semine secundum promissionem Iesus salvator ab Hierosolymitanis secundum scripturas prophetarum traditus ad supplicium et omni cura sepultus est, usque ad eundem a deo resuscitatum, futurum omnium gentium imperatorem et sacrorum Davidicorum antistitem, omnia spectant ad imperium populi electi etiam Davidis sacra accepturi. Iesum salvatorem praecessit quidem baptismus poenitentiae ab Ioanne Israelitis praedicatus (XIII, 24). itaque ab hac oratione non esset aliena remissio peccatorum adnuntiata etiam Israelitis *τῆς διασπορᾶς*, quamvis Iesu caedis insontibus, praecedente poenitentia (XIII, 38, cf. II, 38. V, 31. X, 43. XXVI, 18). sed additur XIII, 39 sententia omnino aliena neque tamen Pauli doctrinae sufficiens. legi enim Mosaicae conceditur vis aliqua iustificationis, quam Paulus omnino negavit, complenda vero fide, cui Paulus totam iustificationem tribuit. quae sententia utroque claudicans bene convenit Actorum app. auctori (R). hic enim iam Petri dictum non satis definitum retulit X, 43: *ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν.* praecedentibus congrua esse videtur sola terribilis conclusio, quae laetam praecedentem ignorat (non voc. *δὲ* addita). quia Israelis salvator a deo resuscitatus non vidit corruptionem, videant Israelitae inter gentes dispersi, ne iis accidat, quod deus Hab. I, 5 summum suum opus contemnentibus minatus est. totius orationis ratio minime est plane eadem, quae Petrinae III, 12—26 et Stephanianae VII, 2—53.

XIII, 42—52. Barnabas et Paulus Antiochia ad Pis. Iudaeis nonnullis, etiam pluribus gentilibus ad fidem conversis discedunt. R nonnulla, addidisse iam initio cognoscitur. aperte insertus est v. 42, quasi Barnabas et Paulus e synagoga nondum dimissa secessissent. dimissa vero synagoga eos multi Iudaeorum et proselytorum sequuntur, et per totam civitatem penetrat verbum dei etiam gentiles movens. sequente vero sabbato (quod iam in synagoga condictum esse voluit R) modo non omnes cives, plerique gentiles, conveniunt (nimime in synagoga, sed sub dio) Paulum audituri, qui se non vetitum esse existimat gentilibus loqui verbum dei (cf. contrarium XI, 19). *πολύν τε λόγον ποιησαμένου περὶ τοῦ κυρίου . . . . ἀκούοντα τὰ ἔθνη ἔχαιρον καὶ ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ ἐπίστευσαν.* haec optime cohaerentia seiunguntur interiectis plurimis v. 45—48 *καὶ ἰδόντες οἱ Ἰουδαῖοι . . . . ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. καὶ.* ibi Iudaei gentilium multitudine conspecta contradicunt Pauli sermoni,

non solum contradicentes, sed etiam blasphemantes. quibus Paulus et Barnabas, immemores eorum Iudaeorum multorum, qui ipsos iam secuti erant, asserunt, illis (Iudaeis) quidem primo praedicandum fuisse verbum dei, „quoniam vero respuitis illud et non dignos vos iudicastis aeterna vita, ecce convertimur ad gentes", laudantes Ies. XLIX, 6. verbum dei neque omnes Iudaei huius civitatis respuerunt, neque Paulus modo ante etiam gentibus praedicare dubitaverat. ea ratio, quam Paulus ab initio secutus est, hic a singula occasione deducitur et ita definitur, ut Paulus et Barnabas gentiles non quaerant nisi verbo dei ab Iudaeis repudiato. R neglexit, eos antea iam multis Iudaeis accedentibus etiam gentiles adlocutos esse. etiam v. 50. 51 R inseruit. Iudaei concitantes mulieres honestas deum colentes et principes civitatis magnam persecutionem contra Paulum et Barnabam excitasse dicuntur eosque expulisse, qui inde pervenerint Iconium. sic a verbo divino per totam regionem lato (v. 49) inepte seiungitur discipulorum gaudium spiritu sancto repletorum (v. 52), minime referendum ad magistros expulsos. talem fugam etiam sequentia ignorant, ubi Paulus et Barnabas securi Antiochiam Pisid. revertuntur (XIV, 21). neque hanc fugam confirmat Clem. Rom. (cf. supra p. 221) Paulus *φυγαδευθείς* confirmari. videretur haec fuga 2. Tim. III, 10. 11, ubi Timotheus dicitur secutus esse Pauli persecutiones inde ab Antiochia (*τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις, οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα, καὶ ἐκ πάντων με ἐρύσατο ὁ κύριος*), nisi Timotheus iam hoc tempore Pauli comes alienus esset ab Act. XVI, 1 sq. Pauli acta apocrypha hanc fugam confirmant (cf. supra p. 222), sed pro Barnaba Titum Paulum comitem supponunt.

XIV, 1—7[a]. Paulum et Barnabam Iconii versatos R non exornasse videtur. hi incipiunt quidem Iudaeorum synagogam intrantes, sed Graecos neque repellunt neque evitant, itaque Iudaeos et Graecos multos ad fidem convertunt. persecutio, quam Iudaeorum principes excitare student, mox sedatur. civitas iam divisa est, alii Iudaeis adhaerent, alii apostolis, qua appellatione in sola hac libri parte (XIV, 4. 14) etiam Paulus et Barnabas ornantur. denique vincunt inimici. iniurias passi et lapidibus obruti fugiunt in Lycaoniae civitates Lystram et Derben vicinaque, ubi praedicantes omnes commovent. iam confirmatur Paulus *φυγαδευθείς, λιθασθείς* (Clem. Rom. epi. I, 5, cf. supra p. 221), sed 2. Cor. XI, 25 *ἅπαξ ἐλιθάσθην* ad XIV, 19 referre malim. Pauli vero acta apocrypha (Acta Pauli et Theclae c. 2—23) Paulum sine Barnaba, sed Tito praesente (c. 2. 3) exornaverunt Iconii in domo Onesiphori (cf. 2. Tim. I, 16. IV, 19) versatum ibique iam unam captivitatem passum, quarum VII recensuit Clemens Romanus.

XIV, 17[b]—20. Pauli et Barnabae acta Lystrensia R fere integra reddidisse nunc censeo. claudus Lystrensis, quem Paulus sanat, non eget fide praecedente (v. 9), quae non tribuitur claudo Hierosolymitano sanato a Petro (III, 2 sq.). sanatus ille *παραχρῆμα ἐστάθη . . . . ἐξαλόμενος ἔστη καὶ περιεπάτει* (III, 8). hic simplicius *παραχρῆμα ἐνήλατο καὶ περιεπάτει* (XIV, 10). idem vero populus, qui Paulum

et Barnabam divinis honoribus colere voluit ab Iudaeis Iconiensibus et Antiochensibus non eodem die ita immutatur. ut Paulum lapidibus obrutum iam occidisse putarent (cf. 2. Cor. XI, 25 et modo adnotata). itaque Paulus abiit Derben, unde Gaius postea Paulum comitatur (Act. XX, 4 t. r.).

XIV, 21—27. Paulum et Barnabam Antiochiam Syriae reversos R nihil mutans vel addens descripsisse videtur. revertuntur per Lystram, Iconium, Antiochiam Pisid. persecutionibus (quarum Antiochensem R addidit) non deterriti. singulis ecclesiis constituunt presbyteros (v. 23), quos Hierosolymitanae ecclesiae praefuisse iam legimus (XI, 30, cf. XXI, 18). Antiochiam Syr. vero reversi congregatae ecclesiae referunt, deum gentibus aperuisse ianuam fidei (XIV, 27). profecto mirum, si Antiochenis iam notum fuisset, etiam gentibus deum poenitentiam ad vitam dedisse (XI, 18).

XIV, 28—XV, 5. Quaestionem de gentilibus fidelibus decernendam ab Hierosolymitana ecclesia integram servatam esse agnosco. cum Paulus et Barnabas Antiochiae diutius morabantur, descenderunt ab Iudaea, adeo Hierosolymis, fideles a secta Pharisaeorum, qui Hierosolymitanorum sententiam de gentilibus fidelibus pronuntiatam (XI, 18) omnino ignorantes docuerunt, gentiles nisi circumciderentur et Mosis more viverent, salvari non posse. contradicunt Paulus et Barnabas, Paulus asseruit, unumquemque in eo statu manere debere, quo fidelis factus sit (1. Cor. VII, 17. 18). Hierosolymitani advenae iusserunt Paulum et Barnabam cum aliis nonnullis (secundum Gal. II, 1 intellegendus est Titus, cuius nomen Iudaeochristianis ingratum in Actis app. omnino vitatur) ascendere Hierosolyma ad apostolos et presbyteros metropoli praefectos, coram quibus iudicarentur de hac quaestione. Paulus igitur et Barnabas peragrantes Phoenicen (ubi postea XXI, 3 sq. 7 Tyri et Tripoli fideles memorantur) et Samariam (cf. VIII, 4 sq. IX, 31) fratres ibi habitantes magno gaudio affecerunt gentilium conversionem referentes, profecto novum eventum enarrantes, non iam dudum actum inde a Cornelio Caesariensi, qui non procul aberat, et iam probatum ab Hierosolymitanis (XI, 18). Hierosolymis magnifice excipiuntur a tota ecclesia et apostolis et presbyteris, quibus et ipsis referunt, deum aperuisse gentilibus ianuam fidei. illi vero, qui eos iusserunt ascendere ad presbyteros, dixerunt apostolis, eos (Paulum et Barnabam) debere circumcidere (gentiles ad fidem conversos) et praecipere legem Mosis observandam. Paulus ipse Gal. II, 1. 2 scripsit, se XIV. anno (post conversionem suam I, 16) praeterlapso iterum (primo enim ascenderat tribus annis praeterlapsis I, 18) ascendisse cum Barnaba, assumpto etiam Tito, ascendisse vero secundum revelationem divinam.

XV, 6—34. Apostolorum quod dicitur concilium a R ita relatum esse censeo, ut illi relationi, quam in Pauli actis Lucanis (C) legit, inde a v. 7 (*ἀνέστη ἐν πνεύματι ἁγίῳ Πέτρος*) aliam substituerit. congregati sunt apostoli et presbyteri cum multitudine fratrum (v. 6). hoc idem est quod Paulus scripsit Gal. II, 2 *καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς* (Hierosolymitanis) *τὸ εὐαγγέλιον ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσιν.* Act. XV, 7 incipit *πολλῆς δὲ συνζητήσεως γενομένης.* quod factum confirmat

Paulus Gal. II, 3—10 addens, ne Titum quidem Graecum natione coactum esse (ab Hierosolymitanis fratribus) circumcidi, sed propter subintroductos falsos fratres (eosdem fere, qui Act. XV, 1. 5. 24 postulaverunt, ut omnes fideles circumciderentur legique Mosiacae subicerentur) se ne ad horam quidem cessisse subiectione, a clarissimis vero viris, ecclesiae columnis, Iacobo (fratre domini), Cepha (Petro), Ioanne, quibus κατ' ἰδίαν evangelium suum gentilibus praedicatum exposuit, nihil additum esse (vel: nihil sibi collatum esse), sed agnita propria sibi (Paulo) data gratia eosdem, qui sibi (columnis) proprium munus circumcisorum ad fidem convertendorum reservaverint, sibi (Paulo et Barnabae) dextras communionis dedisse gentiles conversuris, nihil postulantes praeter pauperes (fratres Hierosolymitanos pecunia) adiuvandos. itaque vehementer certatum est de gentilibus fidelibus circumcidendis legique Mosaicae subiciendis, quibus conditionibus ne Titum quidem comitem suum obligari Paulus concessit [Gal. II, 5 οὐδέ minime delendum est, cf. supra p. 222]. certatum est in ecclesiae Hierosolymitanae comitio, tum in colloquio Pauli et Barnabae cum triumviris illis habito pax quaedam composita est. Acta apostolorum certamen illud non negant, sed statim transeunt ad pacatam transactionem in ipso comitio potius quam in privato colloquio subsequente factam. de fidelibus illis, olim Pharisaeis, circumcisionem legisque Mosaicae observantiam necessariam ad salutem defendentibus in comitio ipso nihil refertur nisi quod sine mandato Syriae et Ciliciae fratres perturbasse dicuntur (XV, 24). hi ne ad horam quidem resistentes cedunt. ex triumviris vero illis privatim pacem componentibus Petrus praevenit Paulum et Barnabam sola signa et prodigia in gentibus per se facta referentes (XV, 12), quae iam antea (XV, 4) Hierosolymitanis se excipientibus retulerunt. quae vero Petrus loquitur (XV, 7—11) statim probata a presbyteris (XV, 12), omnia redeunt ad Cornelii sociorumque exemplum (X, 1—XI, 18), quod solius R proprium esse cognovimus, Pauli actorum scriptori (Lucae) ignotum. hoc exemplum omnibus notum et antiquissimum dicitur (XV, 7). quo magis miramur, Hierosolymis profectos esse Antiochiam circumcisionis et Mosaicae legis ad salutem necessariae defensores, Syros et Cilices fideles ab eis turbatos esse et de re iam diiudicata etiam tunc quaestionem fieri. gentilium vero cordibus fide purgatis sine legis Mosaicae iugo intolerabili per gratiam Christi salutem dari asserens Petrus ad Pauli doctrinam proxime accedit eique nihil fere relinquit defendendum. Iacobus (XV, 13—21) conventum ad idem Cornelii exemplum revocat, quo deus ipse coeperit sumere ex gentibus populum nomini suo. sic consonare (factis) verba prophetarum (Amos. IX, 11 sq.). quamobrem gentilibus ad deum conversis nihil aliud scribendum esse nisi ut se abstineant a contaminationibus idolorum et fornicatione et sanguine vel homicidio, et quae nolint sibi fieri aliis ne faciant. Mosaismo vero eos non esse obligandos. „nam Moses a generationibus antiquis habet qui eum praedicent, in synagogis sabbato quoque praelectus“ (XV, 21). quae interpretes ideo non intellexerunt, quia non contulerunt Clem. Recogn. IV, 5 (cf. Z. f. w. Th. 1896, I, p. 69 sq.). Mosaismus

non interibit, etiamsi gentiles fideles ei non obligantur. sic perficitur decretum apostolorum (XV, 22—29). apostolis et presbyteris et toti ecclesiae Hierosolymitanae placuit mittere Antiochiam cum Paulo et Barnaba etiam Iudam Barabban et Silam adlaturos epistulam ad fratres ex gentibus *κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν* (urbem principem et provinciam, quemadmodum Hierosolyma et Iudaea discernuntur Matth. IV, 25. Marc. I, 5) *καὶ Κιλικίαν* (XV, 22. 41). fideles ex gentibus iam Antiochiae fuisse dicuntur Act. XI, 20. 21 (a R), sed invito libello C (XIV, 27), in Syria vero et Cilicia antea non memorantur. praetereuntur gentiles conversi Antiochiae ad Pisid., Phrygiae urbem (XIII, 48. 51), Iconii, Phrygiae, tunc vero Lycaoniae urbe (XIV, 1 sq.), Lystris Lycaoniae (XIV, 20) et Derbae Lycaoniae (XIV, 21). sed Paulus Gal. I, 21. II, 1—3 retulit se inter utrumque iter Hierosolymitanum venisse in regiones Syriae et Ciliciae gentilibusque evangelium praedicasse, etiam Titum Graecum natione comitem habuisse in secundo itinere Hierosolymitano. itaque Hierosolymitanorum epistula cum Paulo ipso potius congruit quam cum eius Actis Lucanis (C). Francisco Overbeck haec epistula conformata videtur esse ad Gal. I, 21. Paulus vero et Barnabas vitae suae pericula passi (XV, 26) congruunt antecedentibus (XIV, 5. 19, cf. XIII, 50). fratribus igitur e gentilibus Syris et Cilicibus nihil aliud imponitur onus (cf. Ioan. apocal. II, 24) praeter necessaria: *ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πορνείας καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γίνεσθαι ἑτέρῳ μὴ ποιεῖν*. iam Ioannes Nicolaitas pessimos docere dixit Apocal. II, 14. 20 *φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι*. Paulus vero 1. Cor. VIII, 1 sq. *περὶ τῶν εἰδωλοθύτων* scripsit ea per se vetita non esse, solummodo si infirmus frater offenditur, iis abstinendum esse. quem praeter Gnosticos haereticos neminem secutum esse novimus. idolothyta enim omnino detestati sunt praeter Iudaeochristianos (Clem. Recogn. II, 71. IV, 36, cf. V, 32. VI, 10. VII, 29. Hom. VII, 3. 4. VIII, 19. XI, 15. XIII, 5) etiam Doctr. apost. VI, 3, Iustinus Dial. c. 35, Irenaeus adv. haer. I, 6, 2 sq. 13, 5 sq. 24, 5. 25, 3 sq. 28, 2, Lugdunenses et Viennenses apud Euseb. H. E. V, 1, 26, ipse Clemens Alex. Strom. IV, 15, 99. modo non omnibus Christianis idolothyta omnino abhorrentibus cedit haec epistula, quam Paulus non solum silentio comprobasse (etiam Act. XXI, 25), sed etiam adtulisse et observandam diligenter commendasse dicitur Act. XV, 41. XVI, 4.

Antiochensibus vero tradita epistula Hierosolymitana aliquanto post Iudas et Silas sollemniter dimissi sunt, sed Silas remansit. Silam, quem Paulus appellavit Silvanum (1. Thess. I, 1. 2. Thess. I, 1. 2. Cor. I, 19, cf. 1. Petr. V, 12) Antiochiae remansisse non potuit reticere auctor ad Theophilum sequentia relaturus (reticuit t. r. omittens XV, 34). nam Paulum comitatus est in sequente itinere (Act. XV, 40. XVI, 19. 25. 29. XVII, 4—10. 14 sq. XVIII, 9), et ipse civis Romanus (Act. XVI, 37). Actorum vero app. auctor solum initium XV, 6. 7 usque ad *πολλῆς δὲ συνζητήσεως γενομένης* et in fine Iudam Silamque Hierosolymitanorum legatos conservasse, pro ceteris sua substituisse videtur.

XV, 35—XVI, 5 etiam Pauli secundi itineris initium R vix integrum reddidit. omnino reticetur illud dissidium, quod Paulus Gal. II, 11—21 Antiochiae inter se et Cepham (Petrum) ortum esse retulit. Lucasne ipse si reticuit, bellum civile tradere noluit? Clemens Rom. Hom. XVII, 19 memoriam conservavit (cf. supra p. 218). Clemens Alex. Hypotyp. l. V apostolorum dissidium interpretando delevit (cf. supra p. 223), Pauli praedicatio id consulte ignorasse videtur (cf. supra p. 222). in hoc vero acerrimo dissidio Paulum ipse Barnabas deseruit (Gal. II, 13), quem Paulus iam non habuit sequentis itineris socium. in Actis app. Pauli et Barnabae seiunctio praeparata est Ioanne Marco introducto (XII, 25. XIII, 5. 13). nam hunc comitem esse Barnabas voluisse, Paulus quasi desertorem noluisse refertur (XV, 37—39). sic praeterita disceptatione Antiochena Pauli et Barnabae seiunctio deducitur, servata irritatione (*παροξυσμός*). Paulus vero Barnabam rogaverat, ut una visitarent fratres in civitate quaque, quibus praedicaverint verbum domini, quomodo se habeant (XV, 36). quinam sunt hi fratres? considerantes Gal. I, 21. II, 2. Act. XV, 23 intellegamus oportet Syriam et Ciliciam inhabitantes. sed his ipsis epistula Hierosolymitana inscripta est Antiochenis iam tradita, neque Paulus voluit etiam Syris et Cilicibus eam tradere, sed voluit fratres, quibus antea verbum praedicaverant, visitare. hi non Syriam et Ciliciam, sed Pamphyliam, Pisidiam (proprie Phrygiae partem), Lycaoniam inhabitabant. utrumque in relatione coniungitur. Paulus a Barnaba separatus cum Sila peragrat Syriam et Ciliciam, XV, 41 *ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας* (quibus eum antea verbum praedicasse relatum non est), *παραδιδοὺς δὲ τὰς ἐντολὰς τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων* (iam Antiochenis traditas, in t. r. omissas). num alias ecclesias visitaturus Syris et Cilicibus inscriptam epistulam per occasionem tradidit in transitu (XVI, 1 *διελθὼν δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα*, quae om t. r.)? visitare voluit Derben et Lystram, ubi (Derbae) invenit Timotheum a fratribus bene commendatum. his igitur civitatibus Paulus et comites tradebant Iesum Christum (XVI, 4, om. t. r.), vel Paulus ibi fratres visitans (XV, 36) fidem confirmabat et augebat. sed additur: *ἅμα παραδιδόντες καὶ τὰς ἐντολὰς τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις*, quod solum retulit t. r.: *ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις, παρεδίδοσαν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις*. sic consilio visitandi omisso sola relicta est traditio mandatorum (adeo commendatio dogmatum) Hierosolymitanorum, quae fratribus extra Syriam et Ciliciam data non erant. postea demum Iacobus XXI, 25 epistulam omnibus, qui crediderunt ex gentibus, scriptam esse dixit. sic fere iam ab initio Paulus sensisse supponitur ab Actorum app. potius auctore quam Pauli actorum, a quo praecedentem relationem alienam esse cognovimus. D sociosque sequens censeo, Actorum app. auctorem XV, 41 invenisse fere: *διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Κιλικίαν ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας* (quas Paulus condidisse videtur secundum Gal. I, 21. II, 2), addidisse vero *παραδιδοὺς δὲ τὰς ἐντολὰς τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων*, quae t. r. omisit, ne Paulus quasi tabellarius epistulam adtulisse videretur.

omisit etiam XVI, 1 *διελθὼν δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα.* tum R invenisse videtur XVI, 4: *διερχόμενος δὲ τὰς πόλεις* (Derben et Lystram, ubi Paulus iam antea verbum praedicaverat) *ἐκήρυσσον καὶ παρεδίδοσαν αὐτοῖς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν* (Paulus iam non solus, sed etiam comites Silas et Timotheus), pro quibus in t. r. substituta esse arbitror *ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις*, quasi ibi iam traditus esset Iesus Christus. addidisse vero mihi videtur R tres peregrinatores quasi occasione data tradentes etiam mandata Hierosolymitana: *ἅμα παραδιδόντες καὶ τὰς ἐντολὰς κτλ.*, quae in t. r. iam tamquam dogmata decreta omnibusque observanda diligenter commendant.

R hic nonnulla addidisse Timotheus docet a Paulo ipso circumcisus, ne Iudaei quidem patris filius. Paulus, qui pro Barnaba iam Silam socium itineris suscepit (XV, 40), Derbae etiam pro Ioanne Marco invenit praeter exspectationem (XVI, 1 *καὶ ἰδού*, om. t. r.) Timotheum filium mulieris Iudaeae fidelis (Eunices, cf. 2. Tim. I, 5), patris vero Graeci, quem Lystrenses et Iconienses fratres commendaverunt. XVI, 3 *τοῦτον ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελθεῖν.* huc usque omnia sana sunt. Paulus invenit illum Timotheum, quem saepius memoravit (1. Thess. I, 1. III, 2. 6. 1. Cor. IV, 17. XVI, 10. 2. Cor. I, 1. 19. Rom. XVI, 21. Phil. I, 1. II, 19, cf. 2. Thess. I, 1. Col. I, 1), cui duae epistulae Paulinae inscriptae sunt, secundum 2. Tim. III, 11, iam in primo itinere eum comitatum (cf. quae ad Act. XIII, 50. 51 p. 283 adnotata sunt). sed additur: *καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις. ᾔδεισαν γὰρ πάντες τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν.* profecto alius Paulus, quam ille, qui Act. XV, 2 constanter defendit, unumquemque sic manere, ut credidit, sive circumcisum, sive in praeputio (1. Cor. VII, 18), qui Titum circumcidi vetuit propter introductos falsos fratres (Gal. II, 3—5, hac ratione etiam huius temporis theologis nonnullis displicens). hic Paulus Iudaeorum ne fidelium quidem tantam rationem habet, ut fidelem ne patris quidem Iudaei filium ipse circumciderit. H. H. Wendt quidem hunc esse Paulum arbitratus est, qui 1. Cor. IX, 19 sq. se dixit factum esse Iudaeis tamquam Iudaeum, ut Iudaeos lucraretur. sed eos perdidisset potius contra suam sententiam Gal. V, 2 hanc circumcisionis externae necessitatem confirmans. hic est Paulus Actorum app. auctoris, minime Lucae. ille iam Antiochiae Pisid. quidem Paulum Iudaeis infestis tergum vertisse retulit (Act. XIII, 45—47) sed eundem scriptorem videbimus studiosissime demonstrare, ea quorum Iudaei Paulum accusaverunt omnia commenticia esse Paulumque ad fidem conversum ne Pharisaeorum quidem sectam deseruisse (XXIII, 6). Iudaeis vero etiam matris solius Iudaeae filius circumcidendus esse videbatur. ne igitur Paulus omnino posset accusari *λέγων μὴ περιτέμνειν τὰ τέκνα* (XXI, 21), Titum etiam ex matre gentilem, quem Paulus circumcidi vetuit, omnino reticuit, Timotheum vero ex sola matre Iudaeum a Paulo ipso circumcisum esse retulit. idem R etiam inter consilium proficiscendi (XVI, 3[a]) et ipsam profectionem (XVI, 6 sq.) inseruit XVI, 4. 5 Paulum comitesque tradentes mandata Hierosolymitana ecclesiis quotidie fide magis confirmatis numeroque auctis.

XVI, 6—10. Paulum in Macedoniam vocatum R fortasse contrahendo, sed vix addendo reddidit ex C. Paulus sociique Phrygiam et Galaticam regionem peragrasse dicuntur, nulla mentione facta Galatarum ad fidem conversorum, qui tamen XVIII, 23 memorantur. Galatarum terram peragrare volenti Paulo morbus occasionem dedit praedicandi evangelii (Gal. IV, 13). quia vero Paulus post alteram praesentiam Galatis ab Iudaeochristianis modo non seductis ad circumcisionem accipiendam legemque Mosaicam galeatam scripsit epistulam, fortasse iam Lucas (C) pacis studiosus noluit tangere vulnus Iudaeochristianis a Paulo inflictum, contentus herois sui bello Gallico, ut ita dicam. etiam Titus ab Hierosolymitanis frustra circumcidi iussus latere videtur in *τισὶν ἄλλοις* XV, 2, Pauli et Petri dissidium Antiochenum quodam modo in *παροξυσμῷ* XV, 39. Paulus igitur spiritu sancto vetitus Asianis verbum praedicare et Bithyniam, quo tenderat, proficisci Troade somnians vocatur in Macedoniam. haec e Pauli actis Lucanis hausta esse cognoscitur e primae personae usu, quem textus rec. hic non mutavit (ut XI, 28). sic vero in t. r. Lucas Antiochenus praefatus I, 1 non Antiochiae in nascente ecclesia (XI, 28), sed longe postea Troade quasi deus ex machina apparet enarrans quorum ipse pars fuit.

XVI, 11—15. Paulum Philippos venisse et Lydiam purpurariam iam proselytam ad fidem convertisse Lucas prima persona usus narravit. Paulum etiam Philippis sabbatum ita observasse, ut hoc die locum, quo Iudaei extra urbem preces facere solebant, ingressus Lydiam ad fidem converterit, iam non nego. sed postquam haec mulier Paulum comitesque in domum recepit, Paulum etiam alibi alios convertisse censeo, nam Paulus et Silas XVI, 17 appellantur nuntii viae salutis, tum XVI, 20 accusantur civitatem perrturbasse, denique XVI, 40 in Lydiae domo fratres congregatos inveniunt. collaborasse secum Paulus Phil. IV, 2. 3 scripsit Euodiam et Syntychen cum Clemente al. postea memoratur Philippensis Epaphroditus (Phil. II, 25. IV, 18).

XVI, 16—23. Paulum et Silam Pythone eos summi dei nuntios designante ex ancilla pulso coram practoribus virgis caesos esse (cf. 2. Cor. XI, 23) ipse Lucas narrare coepit v. 16. 17 prima persona utens. Paulus ipse 1. Thess. II, 2: *προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις.* Pythonis vero spiritum illustrat Clem. Rom. Recogn. IV, 20: nam et Pythones divinare videntur, et non continuo dii sunt, denique a Christianis hominibus effugantur. Hom. IX, 16 *ὅτι καὶ πύθωνες μαντεύονται. ἀλλ' ὑφ' ἡμῶν ὡς δαίμονες ἐκριζούμενοι φυγαδεύονται.* pythone expulso Paulus et Silas ab ancillae dominis damnum dolentibus accusantur civitatem perturbasse iudaicos mores praedicantes Romanis illicitos (v. 20. 21).

XVI, 24—40. Paulum et Silam in custodia (prima Pauli ex VII Clem. Rom. epi. I, 5, cf. supra p. 221) terrae motu vinculis solutos R exornasse videtur addens v. 33. 34 inde a *καὶ αὐτὸς ἐβαπτίσθη κτλ.* quomodo enim carceris custos cum familia eadem nocte baptizatus esse potest? satis est custodem Paulum Silamque e carcere eduxisse (v. 30) plagasque lavisse, neque repetendum erat, eum illos

in domum suam duxisse, adeo addita coena quadam (v. 34). ex ipsa custodia postero die a praetoribus educuntur (v. 39). terrae motus confirmatur v. 39 (ubi eum om. t. r.). quem Paulo et Sila hymno deum landantibus factum eorumque vincula solventem custos ut favoris divini signum accepit. etiam praetores propter terrae motum nocturnum deorum iram timuisse videntur. re vera fortasse sponte captivos dimissuri erant.

XVII, 1—9. Paulum et Silam Thessalonicae a R exornatos esse non video. Lucas Philippis remansisse videtur, ubi (XX, 6) primae personae usus denuo incipit. Paulus 1. Thess. I, 9 Thessalonicenses suos omnes a simulacris ad deum conversos dixit. Act. XVII, 4 secundum D cett. nonnullos Iudaeos et multos proselytos Graecorum multitudini magnae et mulieribus nobilium non paucis praemisit. plebs incitata adversus Paulum confirmatur 1. Thess. II, 2. Paulus et Silas, quos Philippenses inimici appellaverunt Iudaeos civitatem Romanam peregrinis moribus adnuntiatis perturbantes, a Thessalonicensibus iam dicuntur orbem terrarum concitasse, quales Antiochiae ad Pis. Iudaei eos omnino nondum noverunt (XIII, 15). Iason Thessalonicensis, diversus ab Iasone Corinthio (Rom. XVI, 21), Pauli Silaeque hospes fuit. Aristarchus et Secundus Thessalonicenses postea Paulum comitati sunt (Act. XIX, 29. XX, 4. XXVII, 2).

XVII, 10—15. Paulum et Barnabam etiam Beroea expulsos R ex C nihil mutans recepisse videtur. Beroeae Paulus etiam Iudaeos nonnullos ad fidem convertisse refertur, sed multo plures Graecos eosque nobiles. ex his Sopater Pyrrhi postea Paulum comitatus est (XX, 4). Iudaei Thessalonicenses etiam ex hac urbe Paulum fugant (cf. Clem. Rom. supra p. 221). Silas vero et Timotheus remansisse dicuntur, dum Paulus deducitur Athenas, per comites redeuntes illos iubens quam celerrime venire ad se. haec minus accurate narrata sunt. verum debemus Paulo ipsi 1. Thess. III, 1. 2 scribenti, se Athenis solum manere voluisse, itaque Timotheum remisisse Thessalonicen. solus igitur Silas Beroeae remansisse videtur. denique neglegendum non est, Paulum Thessaliam praeteriisse vetitum (spiritu sancto) ibi praedicare sermonem.

XVII, 16—34. Paulo Athenis versato R nonnulla addidisse videtur v. 16. 17: *ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς* (Silam et Timotheum) *τοῦ Παύλου παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. διελέγετο μὲν οὖν [ἐν τῇ συναγωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις καὶ] τοῖς ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυχόντας.* Paulus aegre ferens idolis deditam civitatem igitur (*μὲν οὖν*) in synagoga cum Iudaeis et proselytis disputasse dicitur. voluitne indignationem suam communicare cum Iudaeis? eorum synagogas nunquam intravit nisi Iesum esse Christum demonstraturus. Pauli vero celebri orationi in Areopago habitae additur XVII, 34, nonnullos Paulo adhaesisse, in primis Dionysium Areopagitam (de quo cf. supra p. 223 sq.). haec contraria esse Paulo 1. Cor. XVI, 15 Stephanae domum primitias Achaiae appellanti bene vidit Albertus Ritschl (Hall. Allg. Literaturzeitung 1847, nr. 124, col. 988). R ea addidisse videtur.

XVIII, 1—11. Paulum Corinthi versatum R nonnihil exornavit. Paulus in Aquilae officina operans sabbatis in synagoga cum Iudaeis disputabat, sed et Graecis Christi nomen persuadebat (v. 4). tum *παρεγένοντο δὲ ἀπὸ τῆς Μακεδονίας τότε Σιλᾶς καὶ Τιμόθεος. [συνεῖχέ τε τῷ λόγῳ Παῦλος διαμαρτυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις, εἶναι τὸν Χριστὸν κύριον Ἰησοῦν. 6 πολλοῦ δὲ λόγου γενομένου καὶ γραφῶν διερμηνευομένων, ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων ἐκτιναξάμενος ὁ Παῦλος τὰ ἱμάτια αὐτοῦ εἶπεν πρὸς αὐτούς Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγὼ ἀφ' ὑμῶν νῦν εἰς τὰ ἔθνη πορεύομαι.] 7 μεταβὰς τε ἀπὸ τοῦ Ἀκύλα εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἰκόν τινος Ἰούστου ὀνόματι σεβομένου τὸν θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ.* quae uncis inclusa sunt cohaerentia seiungere H. H. Wendt agnovit. eadem ratione apud R Paulus iam XIII, 45—47 Iudaeis renuntiavit, eos ita detestatus, ut sanguinis eorum insons (cf. XX, 26, etiam Matth. XXVII, 2. 24. 25) ad gentes transiret, quibus iam v. 4 Christi fidem persuasit. sed synagogae viciniam non fugit et archisynagogum Crispum cum familia admisit (v. 7. 8). mirus est Crispus archisynagogus, cum Paulus ipse 1. Cor. I, 14 Crispum inter Corinthios a se baptizatos recenseat, mirus etiam Sosthenes archisynagogus (XVIII, 17), cum Paulus 1. Cor. I, 1 Sosthenen fratrem appellaverit. Corinthi Paulus (priorem) Thesalonicensibus scripsit epistulam.

XVIII, 12—17. Paulus coram proconsule ab Iudaeis accusatur, „quia contra legem persuadeat hominibus colere deum". sic eum prohibere studuerunt, quin gentilibus loqueretur, ut salvi fierent (1. Thess. II, 16).

XVIII, 18—23. Paulus secundum iter magnum finiens, tertium incipiens Ephesi diutius manere noluit Hierosolyma profecturus ad festum diem proximum. Hierosolymitanos pauperes se adiuturum esse pollicitus non potuit non interdum eo proficisci. optime vero festorum occasione utebatur. denique Antiochia profectus dicitur peragrasse Galaticam regionem et Phrygiam confirmans omnes discipulos. Galatas se hortatum esse, ne a Iudaeochristianis seducerentur. Paulus ipse innuit (Gal. I, 9. V, 3), Actorum vero eius scriptor exponere noluit, pacis studiosus.

XVIII, 24—28. Apollonius vel Apollos Ephesi accuratius instructus et Corinthum vocatus. mirari possis, quod idem scriptor, qui Titum Pauli socium omnino praeteriit, Apollon non ab ipso Paulo instructum copiosius induxit. sed quo minus Apollos a Paulo pendebat, eo magis memoria dignus videbatur. Ephesi vero Paulus disputationem cum Iudaeis inceperat tantum (XVIII, 19. 20), continuandam ab alio. Corinthi quae Paulus plantavit ab alio riganda erant (1. Cor. III, 6). castra ibi posita custodienda erant. Apollos ita custodivit, ut praeter Pauli asseclas etiam Apollonium magistrum confessi exstiterint (1. Cor. I, 12. III, 4).

XIX, 1—10. Paulo Ephesum reverso R addidit miros illos discipulos, qui Ioannis baptismum receperunt sine consecutione spiritus sancti, quem ne noverunt quidem, inde a *καὶ εὑρὼν* usque ad v. 7 fin. *ὡσεὶ δώδεκα.* fideles dicuntur v. 2 spiritum sanctum baptismo impertiri omnino nescientes. Ioannis baptismum se accepisse

dicunt, quocum Marc. I, 4. Luc. III, 3 coniungunt remissionem peccatorum. hi vero in nomine demum Iesu Christi baptizantur ad remissionem peccatorum (v. 5). ne id quidem nosse videntur, Ioannis baptismum poenitentiae spectare ad post eum venturum Christum (cf. Act. XIII, 25). mirum igitur, tales discipulos Paulum inter Ephesios christianos invenisse. illis baptizatis manu imposita spiritum sanctum impertiens Paulus Petro et Ioanne non minor et a Simone mago hoc apostolorum privilegium pecunia petente (Act. VIII, 14 sq.) alienus videtur esse. eundem vero scriptorem (R), qui ibi et X, 44 sq. baptismum et spiritus sancti consecutionem seiunxit, certo recognoscimus. addendi occasionem dedit Apollonius *ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα Ἰωάνου* (XVIII, 25). cetera Lucae (C) sunt. Paulus primo petit eandem synagogam Ephesiam, quam iam antea intraverat (XVIII, 19. 20), tum tribus mensibus post, aliquibus Iudaeis iam male dicentibus coram gentilibus, discipulos segregavit a synagoga in schola Tyranni cuiusdam per biennium certis horis docens. Aquila enim et Prisca in domo Ephesia ecclesiam collegerant (1. Cor. XVI, 19), postea valde auctam a Paulo (1. Cor. XVI, 20). Ephesii Tychicus (cf. Col. IV, 7. Eph. VI, 21. 2. Tim. IV, 12. Tit. III, 12) et Trophimus (cf. 2. Tim. IV, 20) inter Pauli comites recensentur (Act. XX, 4. XXI, 29). etiam presbyteri Ephesiae ecclesiae praefecti sunt (Act. XX, 17, cf. XIV, 23). Alexander vero Act. XIX, 33. 34 fidelis est natione Iudaeus. itaque omnibus Asianis (cf. supra p. 221), Iudaeis et gentilibus, verbum domini innotuit.

XIX, 11—20. Pauli miracula Ephesia a R inserta esse censeo, fortasse excepto v. 11 (cf. XIV, 3). nam v. 12 narrata omnem modum excedunt et adaequantur Petri miraculis et ipsis a R additis V, 15. etiam Sceuae sacerdotis filii exorcistae Paulum frustra imitati eidem conveniunt scriptori, qui Act. VIII, 18 sq. Simonem magum retulit apostolos imitari voluisse. Sceuae vero filiorum exemplo territi multi Ephesii fideles peccata sua confessi sunt, quae ad *τὰ περίεργα* vel ad magicam artem pertinere videntur. cf. 2. Thess. III, 11 *μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους*. Irenaeus adv. haer. I, 13, 1 *οἱ δὲ τὰ ἀπὸ περιεργίας ὁρῶντες δοκοῦσι δυνάμεις τινὰς ἐν χερσὶν αὐτοῦ* (Marci) *ἐπιτελεῖσθαι*. 23, 4 igitur horum (Simonianorum) mystici sacerdotes libidinose quidem vivunt, magias autem perficiunt, quemadmodum potest unusquisque ipsorum. exorcismis et incantationibus utuntur. amatoria quoque et agogima et qui dicuntur paredri et oniropompi et quaecunque sunt alia perierga apud eos studiose exercentur. 24, 5 utuntur autem et hi (Carpocratiani) magia et imaginibus et incantationibus et reliqua universa periergia. Hippolyt. Elench. V, 6 p. 94 *ὧν οὐδὲ τὰ περίεργα ἀποκαλύψας*. Eusebius H. E. IV, 7, 9 *ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονονουχὶ σεμνυνόμενοι* (Carpocratiani) *τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις, ὀνειροπόμποις τε καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι καὶ ἄλλοις ὁμοιοτρόποις τισὶν ἀγωγαῖς*. Epiphan. Haer. XXIV, 2. XXX, 12. fidelem magum R iam Act. VIII, 13 induxit. etiam Act. XIX, 20 idem recognoscitur, qui Act. VI, 7. XII, 24 scripsit.

XIX, 21. 22. Paulus Epheso abiturus in Macedoniam praemisit Timotheum (cf. 1. Cor. IV, 17. XVI, 10. 11) et Erastum. haec e

C hausta cum XIX, 10 potius quam cum XIX, 20 cohaerent. hoc fere tempore (811 u. c., 58 a. D.) Corinthia ecclesia factionibus turbata Paulus priorem, quam habemus, Corinthiis misit epistulam, ubi (XVI, 9) etiam Ephesi multos adversarios memoravit. bellum civile a Paulo gestum iam Lucas (C) narrare noluit, Gallico (ut ita dicam) contentus. sed minime peccavit omittens Paulum eo tempore per breve tempus Epheso Corinthum profectum, quod iter permulti inter nos 1. Cor. XVI, 7 perperam interpretati factum esse volunt (cf. quae nuperrime disserui in Z. f. w. Th. 1899, I, p. 1—19). Apollonium iam Corintho Ephesum reversum (1. Cor. XVI, 12) C omisit, sed non exclusit. quod Paulum iam Hierosolyma proficisci voluisse dicit, optime convenit eius epistulis (1. Cor. XVI, 4. 5. 2. Cor. X, 16. Rom. I, 13. XV, 23).

XIX, 23—41 tumultum Ephesium (e C haustum) Paulus ipse significare videtur 2. Cor. I, 8, vix 1. Cor. XV, 32 (*εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ*, cf. Pauli acta apocrypha supra p. 224). quae hic narrantur omni fide digna sunt. Paulo patricii favent, ipsi Asiarchae (v. 31) urbisque princeps (v. 35 sq.), plebs vero ab idolorum opificibus damnum querentibus contra eum excitatur.

XX, 1—6. Paulus Epheso per Macedoniam in Hellada (Corinthum) profectus inde incipit iter Hierosolymitanum propter Iudaeorum insidias circumiens per Macedoniam. maxima brevi comprehenduntur nulla belli civilis ratione habita. nam per Macedoniam proficiscens autumno a. D. 58 Paulus Corinthiis misit alteram, quam habemus epistulam, seditione fere sedata, tum Corinthi hiemans Romanis gravissimam epistulam. denique vere anni 812 u. c., 59 a. D. discessit ambage petens Hierosolyma. praecesserunt Troadem comites itineris Sopater Pyrrhi Beroeensis, Aristarchus et Secundus Thessalonicenses, Gaius Derbensis (Duberius?), Timotheus Lystrensis, Tychicus et Trophimus Ephesii, VII numero. Paulus ipse cum Luca iterum prima persona narrante Philippis (accuratius Neapoli, cf. XVI, 11. 12), ubi primae vestigium antea desiit (XVI, 17), post dies azymorum nave evectus est Troadem. omnia integra videntur esse.

XX, 7—12. Troade adolescentem ex casu adverso salvum Lucas in itinerario non reticuit.

XX, 13—17. Paulus quamvis festinans, ut ad diem pentecostes Hierosolyma veniret, iam Macedoniam non potuit praeterire nisi visitatis Philippensibus suis (XX, 6). sic Asiae oram nave legens Ephesum quidem, ubi tantum periculum expertus est, non visitavit, sed presbyteros ecclesiae convocavit Miletum, ubi fratres non erant, qui eum ex Asia discedentem dimitterent (XX, 38^{b}).

XX, 18—38^{a}. Paulum Ephesios presbyteros adlocutum R addidit non contentus salutatione Pauli discedentis, qui neque Philippis neque Tyro abiens orationes habuit (XX, 6. XXI, 5). addita esse nonnulla (v. 26 sq. 33—35) Wendt concessit, mihi tota oratio addita videtur esse. primo enim praecedentibus non congruit v. 23, quod in quaque civitate spiritus sanctus Paulo contestatus est, Hierosolymis ei instare vincula et angustias, quod neque Philippis neque Troade factum legimus. Paulus etiam certo scit (v. 25, cf. v. 38),

Ephesios non amplius visuros esse faciem suam. sic ne in captivitate quidem desperavit Paulus (Philem. v. 22. Phil. I, 25. II, 25), qui Act. XIX, 21 post Hierosolyma etiam Romam videre voluit. tum Paulus v. 34. 35 dicit, necessitatibus suis sociorumque manus suas ita satisfecisse, ut etiam beneficentiae exemplum dederit. haec omnem modum excedunt. Paulus manuum quidem labore gloriatur (1. Thess. II, 9. 1. Cor. IV, 12, cf. 2. Thess. III, 8), sed ne suis quidem necessitatibus satisfecit et saepius ab aliis sustentandus erat (2. Cor. XI, 9. Phil. IV, 15). denique v. 29. 30 praedixit, post discessum suum invasuros esse lupos saevos gregem Ephesium et ex ipsis Ephesiis surrecturos esse viros perversa loquentes, ut discipulos seducant. talia Paulus in epistulis certae originis nunquam praedixit, ne tum quidem, cum iam dubitabat, num superstes foret Christo gloriose redituro (inde a 2. Cor.). Ephesia ecclesia iam a Paulo aliena sentiente (cf. supra p. 225) et ab haereticis turbata haec scripta videntur esse.

XX, 38^{b}—XXI, 14. Paulus Mileto Caesaream profectus ab eodem R, qui orationem praemisit, exornatus est. nam orationis XX, 23 memor XXI, 4 Tyri, ubi Paulus per VII dies mansit, R parum apte eam confirmans inseruit *οἵτινες τῷ Παύλῳ ἔλεγον διὰ τοῦ πνεύματος μὴ ἐπιβαίνειν εἰς Ἰερουσόλυμα*, quasi Paulus Hierosolyma profectus esset vetante spiritu sancto, cui semper paruit (XVI, 6. 7. XVII, 15. XIX, 1. XX, 3). Caesareae vero Paulus comitesque v. 8 intrant *εἰς τὸν οἶκον Φιλίππου τοῦ εὐαγγελιστοῦ* (cf. VIII, 40 *εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας*), *ὄντος ἐκ τῶν ἑπτά* (cf. VI, 5), qui usque ad hanc urbem pervenisse dictus (VIII, 40), sed ibi neglectus est (X, 1—XI, 18). R, qui Cornelium Caesariensem ad fidem conversum inseruit Philippi nullam rationem habens, eundem Caesareae incolam non potuit dicere, nisi libellum (C), quo usus est, secutus. idem vero scriptor, qui Philippum septemvirum et evangelistam diligenter discrevit a Philippo apostolo (I, 13), illi Caesaream inhabitanti tribuit filias IV prophetantes, quas Papias Hierapolitanus, Polycrates Ephesius, Clemens Alex., Proclus Montanista tradiderunt filias prophetantes fuisse Philippi apostoli Hierapolin Phrygiae inhabitantis (cf. supra p. 225). Act. XXI, 9 prophetantes dicuntur, sed de Paulo hospite nihil prophetant. Actorum app. auctor iam I. C. L. Gieselero (Th. Stud. u. Kr. 1829, p. 139 sq., et mihi (Paschastreit, 1860, p. 188 sq.), etiam Ernesto Renan (les Apôtres, p. 151) celebrium prophetissarum notitiam non felicius quam Act. V, 36. Luc. II, 2 inseruisse visus est Philippum evangelistam Caesariensem confundens cum Philippo apostolo Hierapolitano. profecto R v. 8 addidit *ὄντος ἐκ τῶν ἑπτά*, quia Philippum evangelistam VI, 5 inter septemviros recensuerat, et v. 9. confuse Philippi filias prophetissas, hoc vero loco otiosas. Pauli fortunam Hierosolymis instantem solus Agabus propheta a Iudaea adveniens, de quo supra p. 221 et ad Act. XI, 28 (p. 278) sermo factus est, significavit et praedixit veterum prophetarum more (Ies. XX. Ier. XIX, Ezech. IV). hoc in Lucae itinerario omni fide digno primum et unicum vaticinium de Pauli fato Hierosolymitano videtur esse, non apte praeceptum a Tyriis v. 4.

XXI, 15—26. Paulo a fratribus Hierosolymitanis, ab ipso Iacobo fratre domini et presbyteris libenter excepto inde a v. 20^{b} *εἰπόντες κτλ.* R addidit horum diffidentiam. Iacobus enim a Paulo apud tot fideles Iudaeam inhabitantes diffamato, quasi Iudaeos inter gentes dispersos doceret a Mose deficere neque filios circumcidere neque mores Mosaicos observare, suadet ut se legem observantem demonstret pro IV vota habentibus Nasiraeis impensas solvens et lustrorum ipse particeps factus. haec R addidisse iam inde cognoscitur, quod Iacobus Paulum revocat ad illa de gentilibus fidelibus decreta XV, 20. 29, quae eundem scripsisse vidimus. omnia inde a v. 20 *εἰπόντες* usque ad v. 26 neque praecedentibus conveniunt ob omni diffidentia alienis (cf. M. Sorof l. l. p. 11 sq.) neque sequentibus (nisi XXIV, 17. 18, quae et ipsa R addidisse videtur). Paulus tali Iudaeochristianorum postulationi statim cedens subiectione laudabili non est is, qui Hierosolymitanis Titi Graeci circumcisionem postulantibus ne ad horam quidem cessit subiectione (Gal. II, 5), sed eius scriptoris, qui eum propter Iudaeos infideles Timotheum patris Graeci filium sponte circumcidisse retulit (Act. XVI, 3). adoraturus (XXIV, 11, cf. XXII, 17), non sacrificaturus intravit templum. Hierosolymitanam epistulam solis Syris et Cilicibus inscriptam etiam ad omnes gentiles credentes pertinere R iam XVI, 4 supposuit.

XXI, 27—36. Paulus ab Hierosolymitanis correptus, sed a Romanis militibus ereptus a R non exornatur. v. 27 *συντελουμένης δὲ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας* (cf. II, 1) interpretemur oportet secundum XXIV, 11, ubi Paulus Felici procuratori dicit, *ὅτι οὐ πλείους εἰσίν μοι ἡμέραι δώδεκα ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνῆσαι εἰς Ἰερουσαλήμ.* plures vero quam XII dies efficerentur, si iam eum diem, quo Paulus Caesarea profectus est (XXI, 16), et eum, quo Hierosolyma venit (XXI, 17), neglegeremus. H. H. Wendt (ad XXIV, 11) eum demum diem, quo Paulus Iacobum visitavit (XXI, 18), primum computavit, secundum, quo cum illis IV Nasiraeis in templum intravit adnuntians expletionem dierum purificationis, donec (sic t. r.) offerretur pro unoquoque eorum oblatio (XXI, 26). itaque his IV oblationibus tribuit IV dies, tertium, quartum, quintum, sextum, quo Paulus ab Iudaeis correptus sit. itineris dies non neglegentes computemus oportet I. diem, quo Paulus abiit Caesarea (XXI, 18), II. diem, quo Hierosolyma venit, III. diem, quo Iacobum visitavit (XXI, 18), IV. diem, quo Paulus (secundum R) templum intravit iam expletionem purificationis adnuntians, *ὅπως προσενεχθῇ* (sic D) *ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν προσφορά* (XXI, 26), quae oblationes eodem die vel sequente fieri poterant. vacuos igitur dies IV. (secundum C), V. et VI. sequitur VII., quo Asiani Iudaei Paulum in templo videntes conclamant, populi, legis, sacri loci adversarium adeo Graecis introductis templum profanasse. Paulus occisus esset, nisi intervenisset tribunus (Claudius Lysias, cf. XXIII, 26) cum cohorte, qui de Paulo duabus catenis vincto non potuit exquirere, quis sit et quid peccaverit, itaque eum in castra abduxit.

XXI, 37—XXII, 22. Paulum hebraice populum adlocutum et quae praecedunt R inseruit, fortasse excepto fine (v. 17—19. 21). tribunus, iam suspicatus captum esse Aegyptium illum seditiosum (cf. Ioseph. bell. iud. II, 13, 2. Antt. XX, 8, 6), Paulum graece petentem hunc non esse cognovit. Paulo vero se Iudaeum Tarsensem confesso permisit ut de gradibus ante castra positis adloqueretur populum etiam eo sequentem (quamobrem Paulus a militibus portandus erat, XXI, 36). idem igitur Paulus, quem duabus catenis vinctum legimus (XXI, 33), tamen manu mota populum se sequentem sedasse dicitur (XXI, 40). tum hebraice (Iudaeis hac lingua usus placens) adloquitur *Ἄνδρες καὶ ἀδελφοί*, ut iam VII, 2 Stephanus populum potius concitatum quam synedrium adlocutus est. de se ipso Paulus novi nihil profert nisi se Tarsi natum Hierosolymis educatum esse Gamaliele (cf. V, 34) magistro usum. quae de Saulo Iesu discipulos persecuto, ab eodem vero prope Damascum converso IX, 1 sq. narrata sunt hic modo non repetuntur, Anania tamquam Iudaeo optimae notae descripto (XXII, 12). novum vero est, quod XXII, 17—19. 21 Paulus sibi Damasco Hierosolyma reverso in templo oranti Iesum iterum apparuisse dicit et se iussisse quam celerrime exire Hierosolymis longe ad gentes mittendum. quibus auditis modo sedata turba statim erumpit eodem fere clamore, quo Paulum usque ad castrorum gradus persecuta erat (XXII, 22, cf. XXI, 36). Paulus Damasco, ubi ad fidem conversus est, Hierosolyma non ita se reversum esse dicit, ut IX, 26—30. neque se cum apostolis consuetudinem iniisse neque se cum Hellenistis publice disputasse neque eorum infestationibus pulsum esse dicit, sed ab Iesu ipso vetitum esse Hierosolymitanis testimonium perhibere, iussum vero velociter exire mittendum ad gentes procul. haec aut liberius exornata aut e Pauli actis Lucanis hausta sunt, cetera vero narrationis tenorem interrumpunt neque rei ipsi conveniunt. idem scriptor (R), qui Cornelium ad fidem conversum non tantum ipse prolixe tractavit (c. X), sed etiam Petrum eadem referentem induxit (XI, 1—17), non contentus fuit Sauli (Pauli) conversione IX, 1—19ª narrata, sed etiam Paulum eadem fere bis retulisse addidit (XXII, 1—16. XXVI, 2—23).

XXII, 23—29. Paulus in castris ut civis Romanus statim vinculis solutus Lucanam relationem (C) XXI, 27—36 optime continuat. plebs enim Paulum a Romanis captum subsecuta non tantum clamavit eum occidendum esse, sed etiam vestimenta iactavit et pulverem in coelum misit. tribunus vero in castris inquiri iussit captivi culpam, quam extra castra exquirere non potuit (XXI, 34), licentiam captivo benigne datam omnino ignorans. Paulum vero civitatem suam Romanam professum statim vinculis solvit.

XXII, 30—XXIII, 10. Paulus coram synedrio statutus a R iterum interrumpit continuam relationem (C). sequente die, qui esset octavus (cf. XXI, 27), tribunus Iudaeorum accusationem scire volens synedrium convocari iubet Paulumque adducit. quae de Paulo sine omni reverentia summum sacerdotem adlocuto iam ab aliis quoque satis dicta sunt, repetere nolo. neque longius tractabo Paulum asse-

cutum Pharisaeorum resurrectionem mortuorum asserentium favorem, quem sequentia minime confirmant (XXIV, 8. 9. XXV, 24, cf. Z. f. w. Th. 1896, IV, p. 527 sq.). hoc solum repeto, eundem tribunum, qui Paulum modo eripuit Iudaeis saevientibus et iam civem Romanum cognovit, eum vix in tantum periculum tulisse, ut eum, cohorte in castris relicta (XXIII, 10), ad synedrium duxerit. haec non curanti scriptori placuit Pauli omni culpa vacantis testimonium in ipso Iudaeorum synedrio perhibitum (XXIII, 9, cf. XXI, 24).

XXIII, 11—30. Paulus propter Iudaeorum insidias Caesaream ad Felicem procuratorem deductus est Lucae (C), paucis (v. 27—29) a R additis. v. 11 sequens nox, qua dominus Paulo dixit, eum etiam Romae suum testem futurum esse (cf. XVIII, 21), vere non sequitur VIII., sed VII. diem (XXI, 27). primae potius quam secundae captivitatis nocti talis revelatio convenit. neque Iudaei Paulo insidias parantes eum iam heri ad synedrium ductum noverunt. petunt enim a principibus, ut (non: iterum) congregato synedrio Paulum adducat accuratius diiudicandum, eum in via interfecturi (v. 15). ineptum vero fuisset hoc petere, si tribunus iam pridie tale fere periculum praecavisset (v. 10). tanta stultitia a callidis Iudaeis etiam XXV, 3 aliena est. stultitia vero deest, si Paulus ad synedrium nondum deductus erat. de Iudaeorum consilio Paulus a sororis filio Hierosolymitano certior factus hunc adolescentem ad tribunum misit, qui tacite magnam militum manum paravit, ut nocte Paulum clam abducerent Caesaream ad Felicem procuratorem. huic vero scripsit brevem epistulam a R auctam Pauli ad synedrium iam deducti mentione (cf. XXII, 30—XXIII, 10) qua omissa reliqua sunt:

Κλαύδιος Λυσίας τῷ κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι χαίρειν. τὸν ἄνδρα τοῦτον συλλημφθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἐπιστὰς σὺν τῷ στρατεύματι ἐξειλάμην. μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα ἔσεσθαι ἐξ αὐτῶν, ἔπεμψα πρὸς σέ, παραγγείλας καὶ τοῖς κατηγόροις αὐτοῦ λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ. ἔρρωσο.

XXIII, 31—35. Paulus si dierum numerum XXI, 27 continuas, (misso episodio XXII, 20—XXIII, 10) VIII. die ad vesperam, tertio captivitatis die exeunte, Caesareae traditur procuratori, qui eum de patria interrogatam in Herodis praetorio servari iussit, accuratius interrogaturus post accusatorum iam a tribuno evocatorum adventum. tertia Pauli captivitas (cf. XVI, 23 sq. XXI, 33 sq. Clem. Rom. supra p. 221).

XXIV, 1—23. Paulus Caesareae post V dies accusatur ab Iudaeis v. 1—9. intellegendi sunt dies captivitatis, neglecto episodio XXII, 30—XXIII, 10, quibus additis ad VII. diem (comprehensionis XXI, 27) efficiuntur *οὐ πλείους ἡμέρας δώδεκα, ἀφ' ἧς* (Paulus Caesarea) *ἀνέβη προσκυνῆσαι εἰς Ἰερουσαλήμ* (XXIV, 11). nam VIII. die (II. captivitatis) coniuratis Iudaeis tribunus decrevit Pauli transvectionem nocturnam. IX. die (III. captivitatis) Iudaei Paulum accusantes evocati sunt Caesaream (XXIII, 30), Paulus vero Caesareae traditus est procuratori (XXIII, 32 sq.). X. XI. diebus (IV. V. captivitatis) Iudaei Paulum accusaturi Hierosolymis collecti Caesaream profecti sunt (XXIV, 1 *μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας*), XII. die (VI. captivitatis)

Paulus Caesareae causam dicit accuratissime asserens: „quia non plus sunt mihi dies quam XII, ex quo ascendi adorare in Ierusalem". plures dies quam XII efficerentur, si Paulus coram synedrio (XXII, 30 —XXIII, 10) computatus esset. — Iudaeorum vero orator Tertullus provocat ad Lysiam tribunum suas accusationes confirmaturum. Paulus respondens v. 10—16 incipit: *ἐκ πολλῶν ἐνιαυτῶν ὄντα σε κριτὴν δίκαιον τῷ ἔθνει τούτῳ ἐπιστάμενος*. quod dicere non potuisset, si haec facta essent iam a. 807 u. c., 54 a. D. nam Felix vix ante a. 805 u. c., 52 a. D. procurator Iudaeae creatus est. Paulum a. demum 812 u. c., 59 a. D. Hierosolymis captum esse semper censui (cf. Einleitung in d. N. T. p. 227 sq.) quam sententiam Schuerero praeeunte etiam Wendt (l. l. p. 58 sq.) fere defendit. v. 14 offendunt Pauli verba non aequalia *πιστεύων πᾶσιν [τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ] τοῖς ἐν τοῖς προφήταις γεγραμμένοις* (cf. XXV, 8). uncis inclusa ab eodem scriptore (R) addita videntur esse, qui XVI, 3. XXI, 26. XXVI, 22 Paulum etiam legem Mosaicam accurate servasse tradidit, legem, quam verus Paulus secundum spiritum quidem defendit, secundum litteram vero occidere dixit (1. Cor. XV, 56. 2. Cor. III, 6). — Pauli apologiae, qui iam ad omnia a Tertullo dicta respondit, nihil novi addunt v. 17—21, praecedentibus non omnino congrua. Paulus v. 10 dixit se Hierosolyma ascendisse adoraturum, v. 17 pergit, se eo venisse „eleemosynas facturum in gentem suam et oblationes": sic Petrus Clem. Recogn. I, 62: „Hierusalem, ad quam sane oblationum gratia et orationum vigilans frequenter ascenderam." Paulus sacrificiorum particeps est scriptoris R, qui suum additamentum XXI, 26 hic repetens Paulum lustratum in templo inventum esse ab Asianis Iudaeis addidit. hos vero oportere adesse accusaturos, aut praesentes Iudaei dicant, quid peccaverit stans coram synedrio aut una voce tunc edita (XXIII, 6).

XXIV, 22. 23. Felix sententiam dicendam differt usque ad Lysiae adventum, ad quem Iudaei provocaverunt (v. 8, in t. r. male om.).

XXIV, 24—27. Paulo per biennium Caesareae custodito R addidit v. 25. Felix enim semel propter Drusillam uxorem arcessivit Paulum, ut disceret fidem in Christum Iesum, simul et (*ἅμα καὶ*) sperans se pecuniam accepturum esse ab eo. quamobrem etiam frequenter colloquia repetiit. curiositas vero et avaritia non apte coniunguntur cum morali illo Pauli sermone, quo Felix deterritus cum dimisisse dicitur (v. 25). post biennium a munere cedens Paulum propter Drusillam Iudaeam infestam non dimisit, Iudaeis vero adeo hostilibus mores gerens eum reliquit vinctum. Caesareae Paulum scripsisse censeo epistulam ad Philemonem (Einleitung in d. N. T. p. 332 sq.), qua Philippum ibi habitantem praeteriit.

XXV, 1—12. Paulus succedenti procuratori Porcio Festo traditus ad Caesarem provocavit. R nihil addidit nisi v. 8 *ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον*. sic definiuntur *πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιώματα*, quae non valebant Iudaei praesentes probare (v. 7) sed de Paulo in legem Iudaeorum delinquente iudicare procuratoris non erat (cf. XVIII, 15). iam XXIV, 14

suspicionem moverunt verba τοῖς κατὰ τὸν νόμον. Israelitas solos excitaverunt Asiani Iudaei, quos apud R (XXIV, 18) Paulus adesse in iudicio voluit, clamantes XXI, 28: „Hic est homo, qui adversus populum et legem et locum hunc omnes ubique docens insuper et Graecos induxit in templum et profanavit sanctum locum istum.“ Paulus etiam in Caesarem peccans ad procuratoris tribunal pertinuit, sed vix innuitur XXIV, 5 seditionibus omnibus Iudaeis in orbe terrarum a Paulo concitatis. hae enim seditiones disciplinam publicam potius quam Caesarem laedebant. propius accedunt Thessalonicenses, qui ab Iudaeis concitati Pauli hospitem aliosque fratres ad praetores traxerunt clamantes XVII, 7: „Hi homines contra decreta Caesaris faciunt regem alium dicentes esse Iesum.“ sed Iudaei et ipsi alium regem (Messiam) exspectantes tali accusatione se ipsos accusassent. apud Felicem Paulum non accusaverunt nisi Iudaeorum pacem ubique turbantem (cf. Sueton. Claud. c. 25 Iudaeos impulores Chresto assidue tumultuantes Roma expulit) etiam templum profanare conatum (XXIV, 5. 6). quorum Paulum apud Porcium Festum accusaverunt omnia falsa esse Paulus respondere potuit procuratori melius cognoscenti se Iudaeis nihil nocuisse (XXV, 10. 11). etiam Caesareae Iudaei licitam suam religionem defenderunt contra Paulum, quem Corinthi accusaverunt religionem non legitimam propagantem (XVIII, 13). solum accessit profanati templi crimen (XXI, 28. XXIV, 6). de Caesaris laesa maiestate adeo non quaerebatur, ut Paulus ad eum provocaverit. Festus vero non temere, sed consiliariis suis collocutus provocationem probavit (XXV, 12) minime ignorans quae Caesari referenda essent. itaque a limine suspecta sunt sequentia, ubi procurator se ignorare quae referret confessus est (XXV, 26. 27).

XXV, 13—XXVI, 32. Herode Agrippa II. rege et Berenice sorore praesentibus Paulus sollemnem orationem habuit, quam totam cum antecedentibus et subsequentibus Actorum app. auctori (R) tribuo, qui haec iam praeparavit IX, 15 addens καὶ βασιλέων. nonnulla ab hoc scriptore addita (XXV, 24—27 al.) vel mutata (XXVI, 17. 20) esse H. H. Wendt concessit.

XXV, 13—22. Agrippae regi causam a Festo relatam praecedentibus (XXV, 1—12) non omnino congruere iam B. Weiss vidit. Hierosolymis summi sacerdotes et principes Iudaeorum Festum rogaverunt, ut Paulum eo arcesseret, insidias parantes in via. Festus vero respondit, Paulum servari Caesareae, quo se mox profecturum comitentur accusatores (v. 2—5). Agrippae vero Festus dixit, Hierosolymis summos sacerdotes et presbyteros Iudaeorum postulasse, ut Paulus condemnaretur, quibus se respondisse, Romanos non solere perdere quenquam absentibus accusatoribus neque ei data facultate defensionis (v. 15. 16). Caesareae praeside Festo ita res acta est, ut Hierosolymitani multa gravissima peccata obiecerint, quae probare non poterant se defendente Paulo. Festus vero Paulum interrogavit, velletne Hierosolymis iudicari coram se, Paulus autem noluit et ad Caesarem provocavit (v. 6—12). Agrippae Festus narravit, Caesareae Iudaeos nullum crimen attulisse, quod ipse suspicatus esset, sed

quaestiones quasdam de propria superstitione et de Iesu quodam mortuo, quem Paulus vivum asseruerit (cf. XXIII, 29). haesitantem se de his quaestionibus Paulum interrogasse, velletne Hierosolymis de his iudicari. Paulum vero provocasse ad Caesarem, ad cuius cognitionem se (Paulum) servandum esse. itaque se (Festum) Paulum servari iussisse, donec eum mitteret Caesari (v. 17—21). haec eadem non esse eadem constat. prae omnibus deest Festi colloquium habitum cum consiliaribus, qui Pauli precationem comprobaverunt. iam non quaeritur de novae religionis a Paulo defensae licentia, sed de solis Iudaicae religionis controversiis. de quibus Paulum ad Caesarem provocasse eiusque provocationem a procuratore probatam esse miremur oportet. hunc vero nescientem quae ad Caesarem referenda essent, consiliariis neglectis, Iudaeorum regem interrogasse etiam magis mirum est.

XXV, 23—27. Festus illustres omnes congregatos publice eodem fere modo adloquitur, quo privatim antea regi Pauli causam exposuit. Iudaeos postulasse, ut Paulus sibi traderetur ad perniciem se defendere vetitum. Festus vero se Paulum insontem cognovisse, itaque Caesari, ad quem ille provocaverit, quid referret nescire. quod si verum esset, nos miraremur, Festum Pauli provocationem omnino admisisse etiam consiliariis consultis.

XXVI, 1—23. Pauli oratio coram rege Agrippa et illustri conventu habita iterum repetit eius conversionem (IX, 1—19[a]), iam repetitam XXII, 3—21. Pharisaeum (cf. XXIII, 6) se Paulus et spei communis Israelitarum participem etiam ad fidem, quam olim persecutus est, conversus confitetur. perperam ab Iudaeis incredibile censeri, si deus mortuos suscitat (v. 8). se vero credentem coelesti visioni prope Damascum factae, cuius testes etiam comites, Damascenis primo (cf. IX, 19[b]—25) et Hierosolymitanis (cf. IX, 26—30) et in omnem regionem Iudaeae (amplius quam Rom. XV, 19 ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ) et gentibus adnuntiasse poenitentiam. quamobrem Iudaeos se in templo comprehensum tentasse occidere. divino vero auxilio se hucusque conservatum contestari omnibus se nihil dicere extra prophetarum vaticinia et Mosis, si passibilis Christus et primus ex mortuorum resurrectione lumen adnuntiaturus sit populo et gentibus. immeritam igitur esse omnem Iudaeorum infestationem, id quod R omnino demonstrare studet.

XXVI, 24—32. Paulum oratorem ipsi Iudaeorum regi non displicuisse tradidit R, oblitus quidem Paulum manum extendisse (v. 1), cum eum de vinculis suis locutum tradat (v. 29, fortasse propter XXIV, 27). Paulum insontem auditores dicunt discedentes, Agrippa vero, persecutoris (XII, 1 sq.) filius, Festo contestatur, dimitti eum potuisse, nisi ad Caesarem provocasset, quasi temere Paulus provocasset neque opus fuisset Festo consiliarios consulere temere et ipsos provocationem probantes (XXV, 12).

XXVII, 1—XXVIII, 16. Pauli Caesarea Romam transvecti itinerarium Lucanum omni fide dignum cum XXV, 12 potius quam cum XXVI, 32 cohaeret. R exornans addidisse videtur XXVII, 20—26 narrationis tenorem interrumpens. iam amissam omnem spem

salutis (XXVII, 20) in ipso itinerario statim sequitur XXVII, 27 salutis initium terrae appropinquantium nautarum, ne sic quidem de omnium nave vectorum salute securorum (XXVI, 29 sq. 42). quae intercedit Pauli consolatio, navem quidem, sed animam nullam perituram esse praedicentis a nautis omnino ignoratur. quod vero angelum hoc sibi adnuntiasse dicit, se coram Caesare staturum, simile quidem est nocturnae visioni XXIII, 11. sed omnem modum excedens Paulus addit: „In insulam autem quandam oportet nos deferri."

XXVIII, 17—29 eiusdem sunt scriptoris (R). nam Paulus, qui nihil contra populum paternosque mores se fecisse asserit atque Romanis iudicibus propter innocentiam dimittendum esse visum, alienus est ab illo Paulo, cuius causam Romani iudices distulerunt (XXIV, 22), denique eo provocante Caesari decernendam tradiderunt (XXV, 11). eiusdem est scriptoris (R), qui talia inseruit vel addidit XXIII, 29. XXV, 25. XXVI, 32. se ad Caesarem provocasse hic Paulus etiam excusat (XXVIII, 19). propter spem Israelis (cf. XXIII, 6. XXVI, 6) hanc catenam (cf. XXVI, 29) se ferre dicit, qua eum solutum iam XXII, 29 (aliter XXIV, 27) legimus. Iudaeorum vero Romanorum principes de Paulo neque per litteras ex Iudaea missas neque a fratribus inde venientibus edocti alieni sunt ab Iudaeis omnibus orbis terrarum, quos ille excitasse et perturbasse dicitur XXIV, 5, ignorantes etiam populo electo et legi et templi loco omnes ubique docentem (XXI, 28). ignorant et fratres christianos, qui Paulo obviam venerunt (XXVIII, 15). dicunt enim huic sectae (Nazoraeorum, cf. XXIV, 5) contradici ubique, non addentes: etiam Romae. certo die cum Paulo collocutis hic aliis persuasit, aliis non persuasit fidem christianam. sed eadem ratione, qua Antiochiae ad Pis., quamquam multi Iudaeorum et proselytorum eum secuti erant, omnibus Iudaeis tergum vertisse dicitur se ad gentes convertens (XIII, 46. 47), etiam Romae se ab Iudaeis, quamvis non omnibus verbum recusantibus, avertit Ies. VI, 9. 10 laudans et ad gentiles convertit salutare dei accepturos.

XXVIII, 30. 31. Libri clausula Lucae (C) est, qui Paulum tali ratione Iudaeos dimisisse ignorat. nam Paulus hic recipit omnes ad se venientes, Iudaeos et Graecos. biennium vero Romanae captivitatis, quo Paulus Philippensibus epistulam misit (cf. Einl. in d. N. T. p. 332 sq.), secutum est Pauli martyrium in persecutione Neroniana a. D. 64 (cf. Clem. Rom. supra p. 221). Paulum vero, quem Romanus proconsul arcessivit (XIII, 7 sq.), quem Romanae coloniae praetores deprecati sunt (XVI, 38 sq.), quem proconsul Achaiae praefectus contra Iudaeos accusantes tuitus est (XVIII, 12 sq.), cui faverunt Ephesii principes (XIX, 31. 35 sq.), tribunus militum Hierosolymitano praesidio praefectus (XXIII, 22 sq.), ipse procurator Iudaeae (XXV, 4 sq.), ut taceam de centurione (XXVII, 3. 43), hunc igitur a summis Romanorum iudicibus modo non in crimine incendii capitis condemnatum esse Lucas Theophilo referre noluit. satis erat electi praeconis ab Iudaeis infestati, Iudaeochristianis etiam Romae invisi (cf. Phil. I, 15. 17) passiones usque ante extremam describere, pacis causa omissis dissidiis internis. neque ille qui *Παύλου πράξεις* in *Πράξεις ἀποστόλων* mutare studuit, hunc terminum excessit.

Codicis Athoi Laurae 184. B. 64.

lectiones haustae ex Eduardi baronis von der Goltz libro (Eine textkritische Arbeit des X. bezw. VI. Jahrhunderts, 1899, p. 16 sq.), singulares asterisco notatae.

Act. II, 31. *εις αδην ουτε.* III, 26. *πονηριων αυτου.* IV, 15.* om. *αυτους.* 18.* *προσκαλεσαμενοι* pro *καλεσαντες.* 24. *φων. ομοθυμαδον.* 28. *η βουλη* sine seq. *σου.* 30. *εκτεινειν* sine seq. *σε.* V, 15. *ωστε και εις τας.* 32. *εν αυτω* ante *εσμεν.* VII, 1.* *ακουσατε* add. *μου.* 4.* *νυν υμεις.* 14. *εβδομηκοντα πεντε ψυχαις.* 31. *εγενετο φωνη* sine seq. *προς αυτον.* 35. *εφ ημας.* 42. *ερημω ετη τεσσ.* 56. *διηνοιγμενους.* VIII, 2. *εποιησαν.* 6. *υπο φιλιππου.* 37. non deest. 39. *πνευμα αγιον επεπεσεν επι τον ευνουχον αγγελος δε.* IX, 13.* om. *απο.* 21.* *απαγαγη.* 29. *ανελειν αυτον.* 33.* *ανθρωπον εκει.* 39. *δε ο πετρος.* X, 3. *ως περι ωραν.* 16.* *απαντα* pro *το σκευος.* 30.* *εναντιον* pro *ενωπιον.* 32.* *μεταπεμψαι* pro *μετακαλεσαι.* ib. *σιμωνος τινος.* 47. *δυναται τις κωλυσαι.* XI, 8.* *κοινον* add. *τι.* 13. *αγγελον* add. *του θεου.* 16. *οτι* ante *ιωαννης.* 19. *μονοις* (ut D). 21.* *αυτων* add. *του ιασθαι αυτους.* 28. om. *μελλειν.* XII, 11. *εξαπεστειλεν ο θεος τον.* 25. *εις αντιοχειαν* ante *πληρωσαντες.* XIII, 8. *ερμηνευεται.* 38. *υμιν εστω.* XIV, 19. *και διαλεγομενων αυτων παρρησιαι . . . ανεπεισαν . . . τεθνηκεναι.* 23. *κατα εκκλησιαν* (ut D). 27. *ο θεος εποιησεν* (ut D). XV, 11. *του κυριου ιησου χριστου* (ut D). 12. om. *παν.* 17. *οπως* sine seq. *αν* (ut E). 20. 29. ut D. 26.* *εαυτων* pro *αυτων.* XVI. 15.* *παρεκαλει* pro *παρεκαλεσεν.* 38. *εφοβηθησαν δε ακουσαντες.* XVII, 5. *την πολιν* add. *κατ αυτων . . . προαγαγειν.* 15. *ηλθον* pro *ηγαγον.* 27. *η ευροιεν* (cf. D). ib. *ου μακραν απεχοντα.* XVIII, 7. *εισηλθεν* (ut D). 17.* *εμελεν τω γαλλιωνι.* 20. *μειναι ουκ επενευσεν.* 21. *αλλα αποταξαμενος αυτοις και ειπων· παλιν* sine seq. *δει με.* 25. *τον λογον του κυριου* (ut D). 26. *εξεθεντο τον λογον του κυριου.* XIX, 2. *ειπεν δε.* 13. *εξορκιζω.* 16. om. *επ αυτους.* ib. *κατεκυριευσεν,* tum *και ισχυσεν.* 21. *την αχαιαν.* 27. *καθαιρεισθαι μελλειν.* 34. *επιγνοντων.* 39. *ζητειτε.* XX, 1. *μεταστειλαμενος* pro *προσκαλεσαμενος?* ib. *ασπασαμενος τε εξηλθεν.* ib. om. *πορευεσθαι* (ut D). 3. *επι την συριαν.* 7. *αχρι* pro *μεχρι.* 10. *συμπεριλαβων αυτον* (ut C). 16. *εν ιερουσαλημ.* 25. *το ευαγγελιον του θεου* pro *την βασιλειαν του ιησου.* XXI, 6. *ησπασαμεθα.* ib. *ενεβημεν.* 13. om. *εις ιερουσαλημ.* 15. *παρασκευασαμενοι* (ut C). 18. *επαυριον* pro *επιουση.* ib. *οι πρεσβυτεροι* add. *προς αυτον.* 24. *τας κεφαλας.* ib. *οτι περι ων.* 25. *αλλα* pro *ει μη.* ib. om. *αυτους* sec. 37. *εις την παρεμβολην εισαγεσθαι.* XXII, 2. *προσεφωνησεν.* 3. *γαμαλιηλου* (ut B). 13.* *ενεβλεψα.* 20. *εξεχυνετο* (ut E). 23. *αυτων* add. *επι πλειον.* XXIII, 1. *ωρας* pro *ημερας.* 2. *εκελευσεν* (ut C). 12. om. *λεγοντες* (ut C). 20. *μελλοντων* (ut M).

31. *δια νυκτος* (ut M). XXIV, 6 sq. non desunt in t. r. omissa 10. *κριτην δικαιον* (ut E). 20. *αδικημα εν εμοι.* 22. *διαγνωσομαι* add. * *ακριβεστερον.* 25. *καιρον δε λαβων.* ib. * *μεταπεμψομαι* pro *μετακαλεσομαι.* 27. *χαριν.* XXV, 3. *παρ αυτου* (ut C). 5. *ατοπον εν τω ανδρι.* 7. *καταφεροντες* add. *τον παυλον.* 9. *φηστος ουν* (ut A). 11. *του αποθανειν.* ib. *δυναται τουτοις* (ut CL). 16. *χαριζεσθαι τινι* (ut C). 25. ut t. r., sed *πεπραχεναι* add. *αυτον.* 26. *τω κυριω* add. *μου.* XXVI, 1. *επιτετραπται* (ut M). ib. *λεγειν περι σεαυτου.* 4. *παντες ιουδαιοι.* 10. * *εγω των αγιων.* 13. * *μεσουσης* pro *μεσης.* 18. * *του σκοτους.* 20. *κατηγγελον.* 26. *αυτον εγω τουτων.* 29. *εν μεγαλω.* 30. *ανεστη δε.* 31. *θανατου η δεσμων αξιον.* XXVII, 1. *τον παυλον.* 6. *ανεβιβασεν.* 7. * *ουκ εωντος.* 23. *ω και εγω λατρευω αγγελος.* 29. *και εγω.* 33. * *ουν* pro *δε ου.* 37. *εν τω πλοιῳ μεινωσι.* 43. *εκελευσεν δε* (ut CEM). XXVIII, 5. *αποτιναξαμενος.* 7. 8. *πουπλιου.* 17. *συγκαλεσασθαι αυτον.* 23. *εις την ξενιαν προς αυτον.* 27. *τοις ωσιν αυτων.* 28. *τουτο το σωτηριον.* 29. om. (ut E). 30. om *ο παυλος* (ut E). 31. om. *πασης.*

Index

locorum Veteris Testamenti diserte laudatorum in Actis apostolorum [1]).

Gen. XII, 1.
„ XV, 13. 14.
„ XXII, 18.
Exod. II, 13 sq.
„ III, 5 sq.
„ XXII, 27.
„ XXV, 40.
„ XXXII, 1 sq.
Deut. XVIII, 15 sq.
Psalm. II, 1. 2.
„ II, 7. 8.
„ XV, 8.—11.
„ LXVIII, 26.
„ LXXXVIII, 4. 5.
„ CVIII, 8.
„ CIX, 1.
„ CXVII, 22.
„ CXXXI, 5.
„ CXXXI, 11.
Amos V, 25. 26.
„ IX, 11 sq.
Ioël II, 28—32 (III, 1—5).
Hab. I, 5.
Ies. VI, 9. 10.
„ XLIX, 6.
„ LIII, 7. 8.
„ LV, 3.
„ LXVI, 1. 2.

Act. VII, 3.
„ VII, 6 sq.
„ III, 25.
„ VII, 27 sq. 35.
„ VII, 32 sq.
„ XXIII, 5.
„ VII, 44.
„ VII, 40.
„ III, 22 sq. VII, 37.
„ IV, 25. 26.
„ XIII, 33.
„ II, 25—28. XIII, 35.
„ I, 20.
„ II, 30.
„ I, 20.
„ II, 34 sq.
„ IV, 11.
„ VII, 46.
„ II, 30.
„ VII, 42 sq.
„ XV, 16 sq.
„ II, 17—21.
„ XIII, 41.
„ XXVIII, 27. 28.
„ XIII, 47.
„ VIII, 32. 33.
„ XIII, 34.
„ VII, 49. 50.

Praeterea Mosis assumptionis III, 11 notitia animadvertitur Act. VII, 36. Arati Phaenom. 5 vel Cleanthis hymn. in Iovem 5 laudantur Act. XVII, 28.

1) Cf. Guil. Staerk in: Zeitschrift f. wiss. Theologie 1895, II, p. 218—230; 1897. II, p. 242 sq.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

In textu graeco II, 8. *ἐνῇ.* l. *ἐν ᾗ.* II, 9. lege *τὴν Μεσοποταμίαν Ἰουδαίαν καὶ Καππαδοκίαν* (cf. supra p. 260). V, 13. post *αὐτοῖς* pone punctum pro commate. 41. scribe *ἀπόστολοι* pro *ἀποστόλοι.* 36. scribe *ἡμέραν* pro *ᾗμέραν.* VII, 23. post *αὐτοῦ* pone comma. X, 25. *περιέμεινεν.* Blassius fortasse emendavit: *περιέμενεν.* XIII, 7. scribe *ἀνδρὶ* pro *ἀνδρί.* 46. post *λεγομένοις* pone comma. XVII, 27. lege *ᾗ* (non *καὶ*) *εὕροισαν* (D). XVIII, 8. lege *τὸν κύριον σὺν κτλ.* XX, 2. scribe *τὰ μέρη ἐκεῖνα* pro *τὰ ἐμέρη κεῖνα.* 26. scribe *πρόσωπον* pro *πόρσωπον.* XXI, 21. scribe *μήτε* pro *μῆτε.* 36. scribere licet *Ἀναιρεῖσθε* pro *ἀναιρεῖσθαι.* XXIV, 1. scribe *ἐνεφάνισαν* pro *ἀνεφάνισαν.* XXVI, 11. scribe *ἠνάγκαζον.* XXVII, 2. scribe *ἐπέβημεν* pro *ἐνέβημεν.* XXVIII, 3. scribe *ἄφνω* pro *αφνω.* etiam minora addere me taedet.

XV, 2 et XVIII, 2 scripsi *οἵδε* pro *οἱ δὲ*, cf. XV, 23. XXI, 11. Blassii indicem verborum graecorum amplissimum ad hanc editionem conformare non potui propter temporis angustiam. lectores benevoli ipsi conforment. addant *ἐφελκυστικός* XXVII, 17, ad *λευΐτης* IV, 36 etiam V, 13., *περιπόλια* V, 16.

In apparatu critico scribe I, 14: om. Lect. Lewis. l. l. | (non 1) *και τεκνοις.* II, 30 *το κατα σαρκα αναστησειν τον Χριστον* Eusebium in Ps. XV, p. 52 ed. Montfc., exhibere me docuit Ioannes Mercati. III, 10 *ουτος.* eum d ff. V, 34 *βραχυ* non addito *τι* etiam fl. VII, 35 *εφ ημας* E. X, 47. *μητι το υδωρ δυναται τις* (om. *κωλυσαι*) E. XV, 14. post DdB$\aleph$ cett. dele M. ante *αδελφος* pone *και ος.* XIX, 6 *ελαλουν τε ετεραις γλωσσαις* non est in Ph (om. *ετεραις*), sed in Thom. marg. XXI, 15. *παρασκευασαμενοι* C. XXII, 11 adde: *ως δε ουδεν εβλεπον* B.

ACTUS APOSTOLORUM.

In textu latino I, 4. lege 'discedere' pro 'decedere', 15. 'surrexisset' pro 'suerexisset'.

II, 46. dele 'in' ante 'id ipsum'. IV, 23. lege 'dismissi' pro 'dimissi'. VII, 2. lege: Mesopotamiam. 57. exclamasset. secundum gr. legendum est: exclamassent. VIII, 1 fl. hirosolimis.

In apparatu critico ad IV, 22 dele: cf. XI, 22.

XI, 25. nuncupati sunt (*ἐχημάτισαν*) in Antiochia discipulos Christianos. ad H. Roensch, Itala u. Vulg. p. 303. adde 'nuncupari' pro 'nuncupare'.

Latinum quoque indicem addere vetitus sum temporis ratione. hoc solum addo, X, 45 me emendasse 'praevariegatis' (*ποικίλαις*) pro 'praevaricatis'.

ACTUS APOSTOLORUM EXTRA CANONEM RECEPTUM.

P. 200, l. 11 ab inf. scribe 1868 pro 1897. p. 225, l. 6 Hierapolitanus.

Ad nr. XXVI. p. 227. addendus fuisset Paulus in Hispaniam profectus (cf. Rom. XV, 26. 28), nisi instaret Pauli actorum apocryphorum editio. Muratorianum quod dicunt fragmentum lin. 34 sq.: „Acta autem omnium apostolorum sub uno libro scribta sunt. Lucas obtime Theofilo (l. obtimo Theofilo) comprindit, quia sub praesentia eius omnia gerebantur, sicuti et semote passionem Petri evidenter declarat, sed et profectionem Pauli ab urbe ad Spaniam proficescentis.“

ADNOTATIONES AD TEXTUM ACTUUM APOSTOLORUM.

II, 30, p. 232, l. 22 sq. adde Eusebium supra laudatum testem verborum *κατὰ σάρκα ἀναστῆσαι τὸν Χριστὸν καὶ*. VII, 2—4, p. 237, l. 14 ab inf. lege: inseruerunt. VIII, 4, p. 238, 26. lege: urbem. X, 25, p. 239, l. 16 ab inf. fort. l. *περιέμενεν* pro *περιέμειναν*.

ADNOTATIONES AD ARGUMENTUM ACTUUM APOSTOLORUM.

P. 257. ad Irenaeum adv. haer. III, 14 conferre iuvat Muratorianum fragmentum supra laudatum. Actorum app. fides saeculo II. exeunte nondum inter omnes constabat. confirmabatur illis libri partibus, ubi Lucas *αὐτοπτικῶς* narravit. defensores igitur etiam ceteras partes ab ipso Luca scriptas non dubitantes supponebant. nos vero etiam de priore Lucae libro ad Theophilum, de cuius praefatione disserui (Zeitschrift f. wiss. Theol. 1897, III, p. 411—432), inquiramus oportet, utrum omnia ab eo scripta, an etiam huic libro postea nonnulla addita sint.

P. 263. ad Act. IV, 1—4. contra Schnererum disputans de stratego templi ipse erravi de Ioma I, 1, ubi destinandus pontificis maxime vicarius non dicitur סגן, sed כהן אחן. cetera defendo.

Codicum scribendi vitia vel proprietates.

I, 1. *ιησους*, dominus noster Iesus Christus Psch. 2. *εντηλαμενος* M. 3. *οπτανομενος* D^2d, *οπτανομενοις* D | *τα* D^2d, *τας* D^1. 4. *συναλισκομενος* D, *συναλισγομενος* D^h, *συναυλιζομενος* M | *ηκουσατε* D^dd cett., *ηκουσα* D. 5. *ο και* (cf. XIX, 38) D. 6. *αποκαταστανεις* D^c, *αποκαταστανεις εις* D. 9. *καυτα* pro *και ταυτα* D | *υπεβαλεν* D pro *υπελαβεν* | *αιπηρθη* D pro *επηρθη*. 11. *εθεασεσθε* D. 13. *εισηλθεν* D. 20. *γενηθητων* D pro *γενηθητω η*. 24. 25. *ἀναλαβεῖν* D, et Aug. 2 pro *ἕνα λαβεῖν*.

II, 4. *ηρξατο* D pro *ηρξαντο*. 10. *λιβουης* D | *κρηταις* D. 14. *υμειν* D, *υμιν* D^b | *ενωτισατε* D, *ενωτισασθε* D^d. 17. *ορασει* D, *ορασες* D^a. 22. *ναζοραιον* D, *ναζωραιον* D^g. 23. *προσπτηξαντες* M. 25. *εις αυτην* A. 28. *γνωρισας* D, *εγνωρισας* D^bdEB cett. M. syr. utq. gig. | *πληρωσης* M. 30. *ωμασεν* D, *ωμοσεν* D^g. 31. *ενκαταλειφθη* D | *ειδειν* D^1, *ειδεν* D^2. 35. *του* (*τους* D^b) *εκθρους* D, *τους εκχθρους* E.

III, 2. *παρ αυτων* (pro *παρα των*) *εισπορευομενων αυτων* D, sed sec. *αυτων* del D^2. 6. *ναζοραιου* D. 10. *εκτασεως* (cf. XV, 2) D. 11. *τη στοα η* (*τη* D^c) D. 12. *τουτο* D^1, *του* D^2 (cf. XVII, 28). 14. *φονεια* D^1, *φονεα* D^2. 15. *υμεις* D, *ημεις* D^d. 16. *τουτον* D pro *τουτον ον* (litteras *ον* non repetitas iam inveniens, quam ob rem D^c *ον* inseruit ante *εστερεωσεν*). 17. *επραξατε* (*το* om. propter similes litteras *τε* praecedentes) *πονηρον* D. 18. *ουτος* pro *ουτως* M. 21. *χρονον* D, *χρονων* D^a. 24. *ελαλησεν* D, *ελαλησαν* D^b. 26. *ευλογουντας* D, *ευλογουντα* D^b | *τ* D, *τω* D^g | *εκαστος* D, *εκαστον* D^g | *πονηρων* D pro *πονηριων*.

IV, 2. *καιαπονουμενοι* D, *καταπονουμενοι* D^g. 3. *επειβαλοντες* D^1, *επιβαλοντες* D^2. 12. *συν αυτων* D, *συν αυτοις* D^b. 16. *γεγονεναι* D^1, *γεγονεν* D^2. 17. *επιλησομεθα* D, *απιλησομεθα* D^h. 18. *παρηγγειλαντο κατα το* D pro *παρηγγειλαν το καθολου*. 20. *μη* om. Dd. 25. *εφρυξαν* D. 28. *πρωορισε* M. 29. *αγιας* D, *απειλας* D^a, animas gig., l. minas. 34. *ενδεος* M. 36. *χωριον* D, *χωριου* D^b.

V, 2. *γυναιναικος* D. 4. *μεσον* D pro *μενον* | *τη* D pro *τη ση* | *εψευσου* D pro *εψευσω*. 7. *διαστεμα* D | *γεγονῶς* M. 11. *ακουοντες* D. 14. *πληθι* D, *πληθη* D^c. 15. *επισκιασει* M. 18. *ηθεντο* D, *εθεντο* D^h. 19. *ουκ ευρον* D. 23. *ευρομεν ενκεκλεισμενον* D, *ευρομεν κεκλεισμενον* D^a. 28. *εφαγαγειν* D, *επαγαγειν* D^b. 29. *δε* D, *δει* D^g. 35. *εαυτους* D, *εαυτοις* D^2 | *πϊπρασσειν* M. 36. *αυτο* M pro *αυτω*. 39. *καλυσαι* D.

VI, 3. *αυτης* D, *ταυτης* D^c. 5. *αντιοχεας* M. 9. *αναστησαν* D (sed corr.). 10. *ου* D, *ουν* D^b. 14. *ναζοραιος* D, *ναζωραιος* D^b | *απερ εδωκεν* P.

VII, 2. *αδελφη* D, *αδελφοι* D^b. 3. *εξελθε* D, *εξηλθε* D^h. 5. *αυτου τεκνου* C. 10. *εξειλετο* HM. 16. *εμμορ* EP (M pr. m. ?) *ιγ* R. St.

19. κατασοφισωμενος M?. 20. ανεστραφη M. 21. ανεθραψατο D. 24. ημυνετο D, ημυνατο $D^{c?}$. 25. ενομιζον D pro ενομιζεν | διδωσει D. 26. μαχομενος D, μαχομενοις D^{b} | συνηλασεν EAPM pro συνηλλασσεν. 27. απωσαιτο M. 29. δυω D. 30. ορου D, ορους D^{b}. 32. ειμη E pro ειμι. 36. υρεθρα D pro ερυθρα. 37. ακουεσθε D^{1}, ακουσεσθε D^{2}. 40. προπορευονται M. 44. πατερεσιν D, πατρασιν D^{d} | μωυσι D. 53. εφυλαξεσθε A. 57. συνεσχων M. 60. στησεις D, στησας C.

VIII, 1. ανεραισι D pro αναιρεσει | ιλημσολυμοις E | σαμαριας DE$\aleph$ al. 3. ελυμηνετο E | παραδιδους D, παρεδιδου D^{b}. 4. διασπερεντες C. 5. καλελθων D, κατελθων D^{b} | σαμαριας DE$\aleph^{c}$C, σαμαρειας PM. 6. προσηχον M. 9. σαμαρειας BAH, σαμαριας DEB$\aleph$CPM. 10. προσειχαν $\aleph$. 11. μαγειαις BLP, μαγιαις DEKACM. 13. εξισταντο D^{1}, εξιστατο D^{2}. 15. προσευξαντο B. 18. προσηνεγκαν D, προσηνεγκεν D^{d}d. 19. λαμβανει EHM. 23. εν D pro ην | θεωρῶσαι M pro θεωρω σε. 24. διελυμπανεν D^{c}, διελιμπανεν D^{b}. 27. αυτου D^{1}, αυτης D^{2}. 31. παρακαλεσε M. 32. ανυγει M.

IX, 2. αγαγει HL. 3. εν δε το EHL. 7. εστηκησαν M. 12. αναβλεψει L. 14. τοις επικαλουμενοις το ονομα σου bis E (primo loco punctis superscriptis). 21. αναγαγη P. 25. σφυριδι $\aleph$C. 27. ειδον M. 36. ιοππι M. 40. ανεκαθησε M.

X, 3. εννατην L. 11. ηνεωγμενον E. 15. εκαθερισεν ECL (-ρησεν) P. 17. ει D, ειη D^{c} | ειδου D, ιδου D^{c}. 24. συγκενεις M. 25. πετρος A pro πετρον | κορνιλιος M. 27. ευρεισκι D^{f}. 28. εφιστασθαι D, επιστασθαι D^{f} | μηνα D pro μηδενα | μετεπεμψασθαι M. 32. ιοπτην M. 33. ου D pro ουν | δου D, ιδου D^{a}. 38. ναζαρετ AHLM | ειωμενας D pro ιωμενος. 40. εμφανει M. 47. κωλαι D, κωλυσαι D^{e}.

XI, 1. εδεξατο D, εδεξαντο D^{e}. 2. ηθελησαι D, ηθελησεν D^{e}. 4. κατεξης D, καθεξης D^{e}. 5. καθειμενην M. 6. αθενισας D, ατενισας D^{h}. 12. ἑξάδελφοι M. 14. λαλησῃ A | σωθησει E. 15. αυτοις D, αυτους D^{b}. 16. εμνησθημεν A | πνευμα D, πνευματι D^{b}. 18. εδοξαν D, εδοξασαν D^{b}. 25. θαρσον D, ταρσον D^{h}. 26. εχρηματισεν D. 30. αποστειλαστες D, αποστειλαντες $D^{d?}$

XII, 6. κοιμουμενος D, κοιμωμενος D^{h} | αλυσεσι D, αλυσεσιν D_{c}. 8. υποδησε M. 13. κρουσαντες D pro κρουσαντος. 20. θυμωμαχων E. 23. κωληκοβρωτος D, σκωληκοβρωτος D^{a}.

XIII, 9. πληθεις DP pro πλησθεις. 10. υιοι D pro υιε | εκθρε D, εχρε A. 14. την (τη D^{2}) ημερα τω σαββατω D. 17. βραχιωνος M. 21. βενϊαμην M. 23. τουτον M pro τουτου. 25. μεθ D, μετ D^{h}. 41. πιστευσηται M. 46. παρρησιαμενος D pr. m., παρρησιασαμενος D^{2} vel D^{a} | λον D, λογον D^{c} | κρεινεται D, κρεινεται D^{b}. 47. τεθηκα M.

XIV, 1. εισελθειν αυτου D. 3. παρρησιαμενοι D, παρρησιασαμενοι D^{a}. 6. λυκαωνιας D^{1}, λυκαονιας D^{2}. 11. λυκαωνιστι D. 15. ομοιοπαηθεις D^{1}, ομοιοπαθεις D^{2}. 16. εασε D^{1}, εασεν D^{c} | κατα D, παντα D^{c}.

XV, 4. παρεδοθησαν D, παρεδεχθησαν D^{b} | μεγως D, μεγαλως D^{b} | απηγγειλαντες D, απηγγειλαν τε D^{b}. 5. μωσεως M. 8. δου D, δους $D^{b\,vel\,c}$ EB cett. M. 10. επιθηναι HLM. 11. πιστευσομεν D^{1},

πιστευομεν D^2. 15. τουτο HLM pro τουτω. 16. ανωρθωσω M. 17. εκζητησιν M, εξητωσι alia manus. 20. των αλιγισματων των ειδολων M. 22. εδοξασεν D^1, εδοξεν D^2 | εκλεξαμενοις M | συν τω βαρναβα τε και παυλου M | κα D, κατα D^b | κιλειαν D, κιλιαν A pro κιλικιαν. 24. διεστειλομεθα D, διεστειλαμεθα D^d. 26. παραδεδωκασιν D. 30. συναγοντες D, συναγαγοντες D^b.

XVI, 2. ικονιου ℵA. 12. κολωνεια M | ημην D, ημεν D^h. 14. τον θῦ D pr. m. corr. ex τον κῦ. 15. παρεκαλεσε D^1, παρεκαλεσεν $D^{b?}$ | εισελοντες D. 16. παρειχε D, παρειχεν D^c. 17. ευαγγελιζοντες D^1, ευαγγελιζοντε D^2. 20. τοιστρατηγοις D. 25. οι δεσμιοι D, οι δεσμοι D^c. 26. σισμοι M | δεσμοτηριου M. 27. εκπεφυγεναι A. 28. πραξεις M. 35. γεναμενης C | οισστρατηγοι D. 38. αυτοισοι D^1, τοις D^2.

XVII, 1. θεσαλονικην M. 2. εισωθος D^1, ειωθος D^2 | διηλεχθη M. 10. βερροιαν M. 13. βερροιαν M | τασσοντες D, ταρασσοντες D^b. 16. αυτου D, αυτους D^c | παρωξυνετο πνευμα D, παρωξυνετο το πνευμα D^d. 17. συγαγωγη D, συναγωγη $D^{d\ vel\ c}$. 18. επικυριων M | συνελαβον D, συνεβαλλον D^a | οιδεν D^1, οι δε D^2 | καταγγελλευς ℵA corr. 19. αγριον L pro αρειον. 20. ξηνιζοντα D. 23. σεβαστα ℵ. | η D, ην D^c. 24. κατοικοι D, κατοικει D^h. 25. ο δε D, ουδε D^c. 27. ευρυεν E. 28. αυτη D, αυτω $D^{c?}$ | γος D, γενος D^c. 31. παρεσχειν D. 34. αρεοπαγιτης D.

XVIII, 2. εληλυθα D, εληλυθοτα D^b | κλαυδιος D, κλαυδιον D^a | κατωκησεν D, κατωκησαν D^a | αυτω D, αυτοις D^b | προσηλθον M. 5. διαμαρτυρουμενος D^1, διαμαρτυρομενος D^2. 7. συνομορουσα DA. 9. σειωσης D, σειωπης D^d. 12. ανθυπατεβοντος M. 14. ο αγαλλιων M. 18. εξεπλε M. 19. κακεινος M. 20. επνευσεν M. 23. κατεξης D, καθεξης D^d. 27. πολυν D, πολυ D^2. 28. ευτονω M.

XIX, 1. ευρον E. 6. επιθεντο D, επιθεντος D^b | λαλουν D, ελαλουν D^d. 8. μεῖνας M pro μῆνας. 11. απαλλασεσθαι M. 12. et 13. πνα τα = πνευματα τα D. 13. περιερχομενω D | επεχειρισαν M. 19. τον τα πέριεργα M | καταικεον D. 25. επισταται D pro επιστασθε. 26. εφεσιου D. 27. απελεγμων M | καθεριεσθαι D. 32. συνεληλυθησαν LM | προβαλλοντων αυτων M. 35. γεινωσγει D.

XX, 2. γενηθεις D, γενηθεισης D^b. 5. τροαδι D, τρωαδι D^b. 9. κατανεχθεις E. 18. ομωσε D, ομοσε D^d | ην D pro ημην. 20. υπεστελαμην M. 21. διαμαρτυρουμενος D^1, διαμαρτυρομενος D^2. 29. πυμνειου D, ποιμνιου D^b. 32. παρατιθεμι E, παρατιθαιμε M | επικοδομησαι M. 38. ουκ ετι M.

XXI, 2. φυνεικην (ut videtur) D, φοινικην D^d. 3. ευονιμον M. 19. ενα D, εν D^b | ως D, ων D^b. 20. ειεισιν D^1, εισιν D^2. 21. κατηκησαν D, κατηχηθησαν D^b | κατα εθνη D, κατα τα εθνη D^d. 22. εληλυθες B. 24. ξυρωνται D, ξυρησονται D^d, ξυρισων L | φυλασων M. 28. εισηγεν D, εισηγαγεν D^b. 30. εκεινηθη M | τουστρατιωτας D. 34. εκευλευσε D, εκελευσεν D^a. 38. εγυπτιος D.

XXII, 8. ναζοραιος D. 19. επιλαμενος E pro επιλαβομενος. 21. πιστευσεις E | εως ουν E pro εως ου. 26. φιλικι AM al. 29. ευρον M.

XXIV, 3. *φιλιξ* APM. 4. *εκκοπτω* L. 14. *πατροω* E.

XXV, 7. *βαρια* E. 14. *καταλελημμενος* H, *καταλελιμενος* M | *φιληκος* M. 22. *ακροτηριον* H. 24. *ζειν* M pro *ζην*.

XXVI, 16. *προχειρασθαι* A. 22. *μαρτυρουμενος* E. 23. *αναναστασεως* M. 31. *πρασσειν* M. 32. *επικεκλητο* A, *επικεκλειτο* L.

XXVII, 3. *επετρεψαι* M. 6. *αλεξανδρηνον* M. 12. *βλεπον* L pro *βλεποντα*. 16. *της καφης* M. 17. *βοηθειας* H. 28. *ουργνιας* M bis | *μηπος* M. 30. *θαλασαν* M.

XXVIII, 11. *αλεξανδρηνω* M. 12. *συρακουσσας* B. 31. *ακολυτως* M.

Typis officinae Frommannianae (Hermanni Pohle). — 1859

29549 226.6P
Hilgenfeld, Adolf H54
Acta Apostolorum, Graece

226.6P
H54

29549.


T3-BRL-529